




D. Ulrici Fabricij Confluentini Iurecons. & Archiepisc. Principisq[ue] Electoris Treuerici c??[n]siliarij, Processus iudicarius utilissimus iamprimum euulgatus

<https://hdl.handle.net/1874/433514>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board













L. oct.
259²





L 81259 2

DOMINI VIRGINIS RECORDATORI CONFLVENTINI
Iurecons. & Archiepisc. Principisque Ele
ctoris Treverici consiliarij, Processus
iudicarij utilissimus, iampri
mum euulgatus.

Cum præfatione DOMINI IUSTINI GOB
LERI Goarini iurecons. in qua et de
eiusdem Fabricij vita et moribus
nonnulla.


IUSTINUS TE MERCI,

PETRI MOSELLANI PROTE
gensis uita, continens studiosi hominis imagi
nem, per eundem DOMINI IUSTINUM Gob
lerum conscripta.

DIALOGVS ISAGOGI
cus in Institutiones Iustiniani Imp. certam legae
lis studij methodum exponens, IOANNES
APPELLO Iurecons. autore.

BASILE AE.





OPTIMO ET IN-
TEGERRIMO VIRO IVDI-
ciarij orditis cui Confluentino, Ioanni
Selio, compatri suo,

I V S T I N V S G O B L E R V S
Goarinus S D.

 Legans cum primis Grae-
corum uerbum est, νέος Φί-
λος ποιῶμ, τὸν παλαιόρ μη ἀπ-
λαυθαῖνον, Nouos parans a-
micos, ueterum ne oblī-
uiscere. Evidem cum statuisse alii-
quid hoc tempore ad te scribere, sua-
uissime compater, quod nostri memo-
riam tibi reficaret, non uidebar mihi
facere ineptè, si eum, quem pleriq; à no-
bis iam expetunt sibi communicari iu-
ciarium processum Doctissimi uiri VI-
trici Fabricij, quondam compatrii tui,
& antecessoris nostri, unà cum epistola
hac ad te transmitterem. Cui enim
hoc collectaneum rectius nuncuparo,
quam tibi, qui & singulari studio ui-

E P I S T O L A

rum prosecutus es semper, & eruditio-
nem eius summè admiratus: ita qui-
dem ut sanctissima etiam necessitudine
tibi adiungendum, & dulcissimum
patris nomen cum eo communican-
dum putares, suscepso filio tuo Ulrico è
sacro baptismatis fonte. In quam amici-
tiae societatem, necessitudinemq; & nos
postea uocasti, eamq; pro tua pietate si-
mul a chumanitate ueluti hæreditariam
esse ac perpetuam inter nos uoluisti,
quum me ducta in matrimonium Fa-
bricij relicta coniuge, ad filiæ tuæ Mar-
garetæ baptismum adhíberes testē, seu
patrinū. Quam ego coniunctionē pro-
fec̄ò & plurimi semper feci, & utrique
nostrūm, hoc est, tibi germano, & mihi
accito patri, ideo adhuc iucundam ac
dulcem esse iudico, quod ambo etiam-
num liberi illi tui superstites huiusneceſ-
situdinis nos admoneāt. De Fabricio
autem cum meminisse multa & iucun-
da tibi, & cæteris amicis nostris non in-
grata possem, tamē quia adhuc illius me-
moria apud Confluentinos communes
amicos nostros recens est, & iam breui-
tate

N V N C V P A T O R I A.

tate temporis excludor, saltem paucissima ex multis hoc in loco perstringam, & ceu σωστιφη quandam, ut Græci uocant, illius uitæ instituam, hac ueluti falsa mola pijs viri manibus parentare ita atq; litare uolentes, cū thura (iuxta pro uerbum) nō habemus. Nec de ortu, aut de prima ætate & adolescentiæ studijs attinet plura dicere, quum & honestis parentibus editus, & melioribus litteris imbutus, in doctissimum virum pariter, & clarissimis principibus gratum familiaremq; euaserit. Nam postquam ex ephebis excessit, paternamq; domū egressus est, ad capiendum uberiorem ingenij cultū remotiora gymnaſia primum in Germania, deinde in Italia & Gallijs inuisit, ita ut ad liberalissimam utriusq; linguæ cognitionem iuris quoque scientiam, in qua etiam lauream, non men, decusq; promeritus est, coniunge ret, & in amplissimi magnanimiq; principiis Richardi Archipræfulis Electoris Treuerici Mœcenatis nostri aulam iuuenis receptus, per honoris gradus & ordines eò ascendit, ut & ad secretiora

E P I S T O L A

consilia admitteretur, & longinquiores
grauioresq; legationes præ cæteris om-
nibus aulicis obiret. Ablegatur aliquo-
ties in Italiam, adeoq; ad ipsam urbem
Romam, mittitur in Galliam, profici-
scitur in Hispaniam ad Diuum Caro-
lum Imperatorem nostrum, periculis
temporibus, cum omnia fere intestinis
dissidijs ac bellis feruerent: eaq; negocia
quantilibet grauia sibi mandata ita mo-
deratur, gubernat, & exequitur, ut et pa-
triae utilitatem tranquillitateimq; & sibi
laudem decusq; inde reportaret. Ceu e-
nim Achates ille Aeneæ, sic durissimis
ac difficillimis in rebus Richardo Vlri-
cus, tempore illo cum Treuorum ciui-
tas & Respubl. infestis armis impetere-
tur, adfuit, imminentemq; cladem &
ruinam à focis & aris unà depellere
consilio manuq; adiuuit. Nec inter tot
tantasq; curas & negotiosissimas ocu-
pationes, unquam tamen, nisi quando
ualetudo prohibebat, studia intermisit:
sed siue domi ageret, siue foris peregri-
naretur, scribebat, meditabatur, compo-
nebat aliquid literis literatisq; atribus
dignum.

N V N C V P A T O R I A.

dignum. Vidi equidem quae è Græcis uertebat non inscite, ludebat quandoq; carmine, uersusq; scribebat ex tempore, quos ad chelum resonabat, uoce manusq; iuxta paratus, in omnibus his modestia singulari & grauitate retenta. Elegantes & plurimas saepe exarabat epistolas, ita ut ad Plini Secundi grauitatem ac dictio[n]em quam proxime uideretur accedere. In peregrinationibus quidem et itinere quantu[m] longo ac difficulti, libellis exiguitatis præcipuae & qui minus adderent sarcinulae ponderis, tanquam fidis, ut ait Flaccus, sodalibus, amoenissimisq; comitib. semet instruebat & oblectabat. Doctos uiros ubiq; locoru[t] tanquam sacra numina adibat, eoruq; amicitiam modestissime ambiebat, religiosissime colebat, & officiosa mittendaru[l] litteraruu[m] consuetudine fouebat & conseruabat. Cum Erasmo Roterodamo uno[n]o nostru[s] sæculi decore, cum Hermanno Nouæ Aquilæ comite, cum Beato Rhenano, cum Ulricho Huteno, cum Bonifacio Amorbachio, cum Iacobo Sobio, cum Petro Moseillano coterraneo tuo, cuius uitâ quoq;

E P I S T O L A

deinceps subiunximus, alijsq; plurimis
doctissimis & celeberrimis literarum ac
studiorum cultoribus, quemadmodum
ex ipsorum ad illum epistolis colligere
est, notitiam & amicitiam constitutam
habebat. De exteris iam sileo: neq; enim
hoc tempore aliquem institui scribere.
Prætereo Aldum Manucium, Franci-
scum Asulanum, Petrum Bembum, la-
cobum Sadoleum in Italia. Rursus in
Gallij Ant. à Prato Regium Cancel-
larium, Guilhelnum Budæum Lute-
tiæ Parrhisorum, aliosq; insignes præ-
clarosq; viros, quos notos sibi sua uirtu-
te ac humanitate reddiderat. Aldo etiā
& Asulano celeberrimis Venetiarum,
adeoq; totius Italij typographis, ueteres
quosdā codices, nec paucos quidē, nec
mediocriter doctos, quorū diligens erat
ac sedulus per dioecesim Treuerensem ex
autoritate & diplomate Richardi Archi-
præfulis inuestigator, subministraue-
rat, aliosq; alijs excudēdos dederat. Tū
& in ultima illa ad Cæsarem in Hispa-
nias profectione, in qua occubuit, quos
dam secū extulisse, aut alioqui sublatos
esse

N V N C V P A T O R I A.

esse uerisimile est, quos iam frustra ē suo chirographo desideramus: ut sunt inter cætera duo libri Tertuliani de Spectacu lis, centum Declamationes Fabij Quin tiliani, & nonnulli alij, qui illius occasu naufragiū & ipsi passi sunt. ex quo ceu reliquiae referuati erant, quos iam antea typographis cōmunicauimus, Macrobius, Othones duo, Athanasius, Cyrillus, C̄rēce scrip̄i codices. Neq; enim tale qui quam quod aliunde ille ad publicū usum acquisiū aerat, nobis, et si iure posse mis, priuatim unquam reseruandum duximus, sed in commune omnibus stu diosis liberaliter uisum est īpartiri.
Vt inam Seli compater, quę alacri ille ac iustissimo studio ē puluere ac situ eruerat, ē blattis & tineis redemerat, omnia ad nos nostrāc̄p manū peruenissent. De qua re cum & antea publico scripto que stus sum, & sera nunc ea querela est, no lo in præsentiarū esse prolixior. Sed ad uitam moresc̄ illius reuertar, quos tu semper duxisti innocentes, tantoç̄ inge nio dignos, & ut plurimum amandos, imitādosc̄. Nā & ualde modestus erat,

et s dein.

E P I S T O L A

& minime multiloquus, ita quidem ut si de sua ac taciturnitate supra eruditio- nem, quæ in ipso erat eximia, Richardo principi & Archipræfuli prudentissimo, esset quām commendatissimus, intimusq;. Qui & manu sua saepe ad Vlricum scribebat de serijs multa, & de rebus grauissimis cum nemine li- bentius frequentius que communica- bat. Scis quanta in eo grauitas, quan- ta constantia & fides, quanta in legi- bus interpretandis acrimonia, in aduo- candis causis æquitas & integritas, ut non magis iuris quām iustitiæ consul- tus inter ciues ac populares suos habe- retur, quiq; non minus controuersias tolleret, quām litium actiones consti- tueret. Et has quidem uirtutes omnes suis etiam scriptis disertissimis olim ip- se illustriores manifestiores que reddi- disset, ac mundo declarasset, si ad iu- stam ætatis metam (uixdum enim septi- mū supra tricesimum annum attigerat) peruenire fati clementia licuisset. Ad quod nimirum ut sæculo quoque suo monu-

N V N C V P A T O R I A.

monumentis suis quandoque innoteſce-
ret, doctrinam omnifariam, multis que
laboribus acquisitam prudentiam, ſup-
pellectilem item librorum selectiorum
parare, & otium post tot legationes &
perfuncta munera expetere iam uideba-
tur. Sed quorsum ſingula hæc conſe-
ctari labore, id quod me et initio epifo-
lae minime recepi faciurum, & tu mi-
compater melius me penitus que il-
lum tibi, ut uicinum uicino, amicum
amico, denique ut compatrem com-
patri exploratum & cognitum habe-
bas, uidelicet quibus ille moribus, qua
eruditione, doctrina que praeditus fue-
rit, quanta item autoritate & gratia a-
pud Richardum à Greiffenclaw eo
tempore Archipraefulem, & princi-
pem Electorem, Ioannem item à Met-
tzenhausen, cæteros que tunc prima-
tes Treuericos, & præsertim eum qui
nunc ſummas illius gentis modera-
tur habenas, Reuerendissimum domi-
num Ioannem Ludouicum ab Hagen,
principem nostrum gratioſiſſimum:
quique

E P I S T O L A

quiçp post hunc iam proximas tenet, nobilem Dom. Franciscum à Krichingen metropolitanæ ecclesiæ Treuiræs præpositum, fautorem nostrum præcipuum & maximum, propter suam eruditionem & integratatem emicuerat, quanta civilitate ac humanitate prædictus fuerat. Et si quid in eo erat uitij, quod certe minimū erat, hoc erat quod Suffenis illis, Vetro nijis, & fumi uendoribus, hoc est fucis aulicis, qui nusquam nō sunt, quiçp nulla aliqua uera scientia informati, nullis probati studijs, & moribus prædicti, omnia tamen sibi assumere ac uendicare nihil ueriti, amarulētior quodammodo atque infestior esse videbatur. Nec tam auersabatur aliud, quam simulationē benevolentiae, quamç lupeculas illas lupina pelle indutas. Natura enim candidor multo atç integrior erat, quam ut cuiquam dolos malos fraudes uestrueret. ideoçp quos tales animaduertebat, uel incessebat, obiurgabatç palam, uel omnino si quā poterat, deuitabat. Ob quos mores studiaçp equidē illi à quo tē pore noscebam, fui plurimum, aclicet facul-

N V N C V P A T O R I A.

facultatum qualiumcunque illius & bibliothecę haeres atq; successor nō essem, tamen uirtutes tantas in homine tanto prædicare par erat, atq; consentaneum. Fuisset tandem & se dignū pro talibus meritis honorē & locū quidē splendidi orē apud exterōs se uocātes nactus, si nō in patria & apud Richardū manere decreuisset. Deniq; legatus in Hispaniam, uti meminimus, in ipso itinere & expeditione sui muneris, cū iam peracta sce na defunctoq; negocio in redditu esset, ac Genuam peruenisset, dysenteria correptus, a tormentib; intestinorū, sub ardenti sīrio uehementer adflictius exces sit ē uita. Quondam maiores nostri ijs qui periculis temporibus legationes suscepissent, obq; Remp. mortē obiissent, monumenta extruebant, quo & cę teri homines legationis munus audaci us capesserent, & pro breui uita diuturnā memorię redderent. Hæc quis negat deberi quoq; à Treuiris, pro quorum salute tantam legationem susceperat, Fabricio nostro, cui ut legatio ipsa mortis causa fuit, sic memoria eius laboris atq; offi-


E P I S T O L A

officij perpetua ac immortalis , uitáque
(ut eleganter Cícero de Sulpitio inquit)
mortui in memoria uiuorum posita col-
locataçp esse debuit . Et cum illi nullam
aliam gratiam referre iam possimus , hāc
qualem cuncti grati animi pijs manibus
illius parentandis decorandisçp signifi-
cationem nostram abs te mi compater
non grauate recipi , idemçp alios Fabri-
cij nostri studiosos libenter facturos es-
se minime dubitamus . Erit autem hic li-
bellus , ab illo quōdam in priuatū usum
conscriptus , et tibi iam nominatim à me
nuncupatus , ceu coniunctionis illius ac
necessitudinis transactæ , gratæçp , qua
nos tibi deuinixisti , utriuscq; cùm nostro
tū Fabrīcij nomine acceptus atq; com-
mēdatus ; tum quia & ipse in forensibus
causis negotijsçp sedulò uersaris , ac iu-
dicis quodāmodo partes agis : tum quo
que , ut habeas quod te nostri amoris si-
mul ac illius virtutum , uel inter admini-
strationem tui muneris commoneface-
re possit . Bene uale compater charis-
sime , cum tuis omnibus . Datum Mun-
da , in ducatu Brunsuicensi . 30.


Augusti . 1541.

A D A M I C V M C A N D L
dumq; Lectorem.

En tria præsenti capies tibi dona libello,
Quæ mentem oblectent, Lector amice tuam.
Fabricij studia & mores, uitamq; tabella
Ducta breui cernes lineamenta uiri.
Ac quem ille ipse dedit uena meliore processum
Iuris, & hic dubio non sine gratus erit.
Vita Mosellani properanter scripta sequetur,
Perdocti merito tempus in omne uiri.
Ergo leui comprehensa tibi iam dona papyro
Hæc tria suscipito, consulitoq; boni.



D. VL R I C H I F A
B R I C I I C O N F L V E N T I N I
Iureconsulti Processus iudicarius elegans iuxta
ac utilis, per D. I V S T I N V M G O
B L E R V M Goaritum Iureconsultum
nunc primum editus.



V D I C I V M est a-
ctus trium personarū,
iudicis, rei, & acto-
ris, secundum Hostien-
sem in Summa de iu-
dic. Et licet in iudicio
inquisitionis & notorijs nō sint explicitē
tres personæ, utpote actor: tamen potest
dici, quod in inquisitione infamia habeat
tur loco actoris, et in notorijs notorium,
&c. Itaq; uniuersaliter in quolibet iudi-
cio sunt tres personæ, uel factæ uel repræ-
sentatiuæ. Sunt etiam aliquando aliæ
personæ int̄eruenientes in iudicio, ut pro-
curator, coiuncta persona, & sic de alijs.
Item notarij, per q̄tos acta conscribun-
tur, quia alias eisdem & relationi iudicis

a non

non staretur, in c. quoniam contra fass.
de probat. Ordo substantialis iuris in
quibus cōsistat, uide Bart. in l. prolatā.
c. de senten. & interlo. om. iud. Et in iu-
dicio aliqua fiunt quæ sunt de substan-
tia processus, siue ordinis iudicarij, utli-
belli oblatio. de quo in c. i. in fin. eo tit.
per Spec. et in cle. saepe. de uerbor. sig. in
gloss. super uerb. necessario. Itē litis cōte-
statio. de litis cō. c. unico. & ut lit. nō cōt.
quasi per tot. Item conclusio, de qua in
præallegata cle. saepe. & gloss. Item sen-
tentia diffinitiua, & quod feratur in scri-
ptis. de sent. & re iud. c. ult. lib. 6. & hu-
iusmodi termini siue actus non possunt
neq; debent prætermitti, confundi, uel
præposteriori, ut 2. q. 7. §. 7. diffinitiua
de accu. qualiter etiam de consensu par-
tium prætermitti non possunt, ut in c. de
causis. in gloss. de offic. deleg. gloss. 2.
Aliqua uero sunt, quæ non sunt de sub-
stantia, ut reliqui termini & actus: quo-
rum aliqui fiunt ad iudicij seu litis ordi-
nationem, ut sunt citationes, satisfactio-
nes, &c. Reliqui fiunt ad causæ instru-
ctionem

P R O C E S S V S I V D I C . 3

Ctionem, quiq; tales factum respiciunt; sicut confessiones, attestations, probations, &c. de quibus per Innoc. & Hostien. c. i. de testib. In his autem non est ordo iudicarii limitatus.

C A V S A E I N Q V I B V S

ordo iuris non seruatur.

SVnt aliquæ causæ, in quibus ex priuilegio iuris ordo iudicarius per omnia non seruatur, uel etiā nullo modo debet obseruari, nec per omnes partes iudicij in eis ambulari, ut sunt causæ beneficiales, matrimoniales, usurarum.

Attamen si seruatur partibus consentientibus non peccatur, ut in cle. dispensacione iudicij. Reliquæ sunt, in quibus etiam ordo iudicarius non seruatur ex priuilegio hominis: ut quando princeps mandat procedi summarie, simpli citer, & de plano, sine strepitu & figura iudicij. Etiam quandoq; ex natura causæ predictus ordo non seruatur, ut in notorij, immo in illis ordinem seruare, effet ordinem confundere, ut de iur. c. ad nostram, c. uestra, de cohab. cle. et eo. c. fin.

4 V L . F A B R I C I I

Etiam in iudicio extraordinario, uidelicet inquisitionis, quod exequitur officio iudicis, non seruatur dicens ordo, ut lit. non cont. quoniam frequenter. §. sunt & alij. In causis restitutionis proceditur iuris ordine seruato, de quo de offic. iud. c. 2. & finiri debet infra quadriennium, in cle. unica, de restitu. in integ.

D E P R A E P A R A T O

rijs iudicij.

Actor agere uolens debet habere probationes & iura sua parata, quia reo instantे tenetur litem prosequi, & propterea ei inducīæ deliberatoriæ nō conceduntur: singulisq; alijs debet esse munitus, quia litis euentus dubius est. Nihilominus in causa iniuriarum iudex primitus laborabit pro concordia partium, quia in ea causa potissimum procedit compositio. Etiam in ciuilibus causis tenderet iudex ad concordiam. de mut. petit. c. 1. & maxime auctore uincente, ut uult Specul. in suis additionib. Itē in causa criminali iudex ante omnia inuestiget, qua intentione actor moueat, cuiusq;

P R O C E S S U S I V D I C .

5

iusque sit opinionis, ac de similibus circumstantijs. Etiam possunt dici preparatoria iudicij omnia quae procedunt ante litis contestationem, cum dicat Specul. in principio part. 2. quod ordo iudicarij propri*e* dicatur in his consistere, quae sunt inter litis contestationem & sententiam, cum litis contestatio dicatur exordium litis, ac ante eam quis non videatur agere, sed agere uelle. Sunt tamen aliqua preparatoria, quae post litis contestationem sunt, de quibus in Specul. de dilationib. §. 1. uer sic preparatoria.

D E D I V I S I O N E P R O C E S S U S

iudicarij, et quae ante litis contestatio-
nem fieri debeant.

P R ocessus iudicarij in tres partes diuiditur. prima incipit a prima citatione, & durat ad litis contest. secunda ab eadem, & durat ad sententiam. tercua uero a sententia, durans ad eius effectualem executionem. In prima parte sunt proponenda & agitanda, quae respi ciunt personas iudicis & actoris, an iudex iurisdictione habeat, recusabilis sit,

a 3 aut

aut aliás eius forum declinandum . de-
inde, actor ne sit persona congrua standi
in iudicio . Dereo ad iudicium uocato,
etiam si diabolus sit , nō defensio naturalis
neganda, cum sit iuris & æquitatis natu-
ralis . d. ex. c. cum inter . Etiam iudicium
redditur in inuitū . ff. de uerb. obl. inter
stipulationem . Agitandum etiam e-
rit ante litiis cont . an procurator forte cō-
stitutus sit admittēdus, aut habilis & ido-
neus stādi in iudicio . de quo de probat.
post cessionem . Item an mandatum ha-
beat sufficiens . de procur. c. 1 . Item de
loco iudicij , an sit tutus & idoneus reo.
de appella . ex parte 1 . Item de forma li-
belli . de iudi . Examinata ita, quod re-
gulariter non tractantur antelitis conte-
stat . quæ facti sunt & negoti principa-
lis, ut solent irregulariter, iuxta c. 1 . de li-
tis con . lib . 6 . In secunda parte tracta-
ctatur negocium principale . In tertia
uerò finis eidem imponitur, per senten-
tiām . ff. de re iud . l. 1 . & condemnatum
producit ad effectum . de offic . deleg . con-
querenti . Actor regulariter debet adi-
reiu-

P R O C E S S U S . I V D I C .

re iudicem rei. l. adire. c. de. iuris. om. iud.
Fallit tamen in certis casibus, de quib. in
c. ult. de for. comp. Etiam in casib. &
ubi de consuetudine clericī trahunt laicū,
ad iudicium ecclesiasticū. de quib.
Specul. de competen. iud. §. 1. in princi-
pio. Reus potest iurisdictionem non
sui iudicis in se tacite prorogare. de foro.
compe. dilecti. utputa contrahentes, uel
soluere promittentes aliquid in certo lo-
co, de quo etiam eodem titulo, significa-
sti. Et hoc uerum de ordinario iudice: se-
cūs de delegato, ut de offic. deleg. & pro-
cons. Ad hoc tamen ut quis possit (ut
præfertur) iurisdictionē prorogare, plu-
ra requiruntur, quæ uide in d. c. signifi-
casti. Et utrū quis iudicium iudicis pro-
rogati pœnitere possit, uide c. 1. de iud. et
quæ ibi notari solent.

D E I V D I C I B V S , E T D E I V -
dicum distinctione.

LIET iudicūm alijs sint delegati, alijs
ordinarij, alijs auditores, alijs asses-
sores, reliqui arbitri & arbitratores, ta-
men sunt solum duo eorū genera, quia

VL. FABRICII

omnis iudex aut est delegatus, aut ordinarius, quidam tamen est mixtus, ut auditor palati, quia ordinarius in cognoscendo, & delegatus in pronunciando, ut not. in cle, auditor, de rescrip. Reliqui vero, utputa assessores, arbitri, etc. non sunt proprii iudices, sed ministri iudicis & causae, cum priuata persona tales eligerre possit. Sed per pactum priuatorū non datur iurisdictio iudici, sed auditori, alias eam non habenti, de for. compe. si diligenti. Item arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum l. 1. ff. de arb. Item arbitriū uoluntarium est, iudicium vero redditur in inuitum. Conseruator & executor etiam delegati sunt. de officio delegat. c. 1. & ult. lib. 6. Ordinarius vero suo, et non alterius aut principis seu consuetudinis beneficio, universaliter iurisdictiōrem exercet. l. more. ff. de iurisdic. om. iud. Papa est ordinarius singulorum. q. iij. cuncta per mundum. Episcopus similiter in diocesi sua, & omnes temporales in ipsorum territorijs, ubi domiciliū habent. l. haeres absens. ff. de iudic.

De iure

PROCESSVS IVDIC. 9

De iure tamen & iurisdictione huiusmo-
di, præsertim temporaliū, in c. super eo.
de paroch. & c. 1. de reli. do. Item inferio-
res possunt habere iurisdictionem etiam
ordinariam, ex priuilegio l. consuetudi-
nis. de off. ord. cum ecclesiarum. & de-
for. compe. cum contingit.

DE INITIO PROCESSVS, CI-
tatione, & quomodo fienda.

Citatione est fundamentum & princi-
pium ordinis iudicarij, de quo in
gloss. c. etiam. de constit. l. Instit. de pe-
tit. hæred. §. ult. & dicit, quod omnium
actionū instituendarū principium à par-
te edicti constituitur, quæ est in ius uocā-
di. Pro citatione petenda et obtinenda
accedendus est iudex loco honesto, & ho-
ra congrua. de offic. deleg. consuluit. &
in cle. quamuis. de appella. Per citatio-
nem perpetuatur iurisdiction. not. in c. si
à substit. de offic. deleg. lib. 6. Item sicut
aliquando in curijs ordinariorū est plu-
ralitas iudicium per modū accusationis,
in illo locum habet præuentio. c. ut debi-
tus. de appella. Tenor rescripti in cita-
tione

tione est inferendus. not. cap. 2. de dilat. et
c. ueniens. de accus. in fin. gloss. Itē iudex
potest & debet per rescriptum commina-
ri. c. cum ex literis. de in integ. restit. Iu-
dex citationis si aliás posset subdelegare,
potest sola uoluntate, licet non sit impe-
ditus, &c. de offic. deleg. pastoralis. In
citatione statuendus est terminus perem-
ptoriū. Ideo dicitus peremptoriū, quod
disceptationes perimit. l. perimere. ff. de
iudicijs. & ultra nō patitur aduersarium
tergiuersari. de quo per Ioan. Andre, in
addit. Specul. de citation. §. uiso.

C A V T E L A E C I T A T I O N I S.

Regulariter terminus non esset per-
emptoriū, nisi tria edicta praece-
derent, ita quod tunc tertium solum per
emptoriū existeret, ut not. 5. q. 2. In sen-
tentia tamen unicum edictum dicitur
peremptoriū, si uiarum fuerint discri-
mina, & maxime si res celeritatem desi-
derat. c. ex literis. de restit. in integ. Ita
quod ab unico edicto tanquam perem-
ptoriū, non possit appellari, secundū In-
noc. c. 1. de dilat. Debet tamen tale edictū
conti-

continere competentia temporum inter ualla . 34. q. 5. de illicit . Ipsum interuallū etiam est arbitrariū iuxta distantiam uiae negotiijq; personarum, & temporis qualitatem. c. cum ex literis. de in int̄e. restit. Item licet in citatione nō determinetur, compareat tali die proximum sequenti, tamen subintelligatur dies proximū sequens. l. cum qui. ff. de uerbo. oblig. & not. in c. exposuit. de dilat. Prætextu citationis citatus ad duo tenetur, scilicet ad comparendum, & comparendum certo die. ita quod licet tacitus esset error in citatione, aut dies circumduceretur, utputa quia dies sextus, quo quis comparere tenetur. super quo uide Innoc. c. ult. de ferijs. } Etiā quia citatio primo ualuit, ideo casus superueniens non tollit mandatum, sed solum suspendit. Ita quod sequenti die tenetur comparere, secundum Hostiensem iure præalleg. Secus, si error esset expressus: quia tunc negaret citationem tenere, tamen tutū est adiungere in citatione, si dies iuridica sit, & nō feriata. & hoc frequenter fit. Triplex actus citatio-

tionis. Primus est, præceptum de citando . Secundus, executio præcepti. & hi duo possunt fieri die feriato, quia non requirunt rei cognitionem. Tertius est inchoatus processus , qui cū habeat causæ cognitionem , non potest fieri die feriato. in Specul. titul. de citatio. §. 1. uer. item citatio. Ioan. Calder. tenet contrarium, quod citatio non possit decerni die feriato, quia est de processu causæ principaliter & per se , ut de probat. c. uerum. & per ipsum tanquam actum iudicialem perpetuatur iurisdictio. de offic. deleg. licet ergo, &c. Si cōperitur hora in citatione illa citatus comparere tenetur: si non, expectandus per totum diem. de offic. deleg. consuluit, & de gratia potest exceptari usq; ad sequentem. Ordinarius non tenetur exprimere locum , in quo citatus comparare debet, quia certū & notorium consistorium habet, sed delegatus tenetur. de rescriptis. olim. & c. fin.

Delegatus ex generali potestate non potest quē citare personaliter , nisi in causib; de quib; in c. 1. de iu. lib. 6. Per generalem

neralem citationem uidelicet, quod quis compareat obiectiendis responsurus, nō inducitur litis pendentia. in cle. 2. ut lit. Quia ad litis pendentiam, & quod nihil possit innouari, requiritur quod per citationem constet specifice, super quo reus debeat conueniri, ac quod alias ipsa citatio sit instruens, & perueniat ad notitiam citadi. in cle. 1. ut litis pen. Et quare causa exprimat, vide latius Ioan. Andre. in additionib. Specul. eo. tit. §. 1. uer. item quod in ea nulla causa. Item si reus est contumax, potest procedi ad examinationem causae, eo solum uocato per audientiam contradictarum: aut in ualuis, maxime si iudicium est in loco re moto, de quo & Ioan. Andr. in add. Specul. prædi. tit. de cita. §. uiso. super uer. dominus autem meus.

D E M O D O E X E Q V E N
di citationem.

SI non potest haberi præsentia, debet super hoc fieri protestatio, quod citandus non possit personaliter apprehendi. de eo qui mit. in possess. c. ult. si quis dimis.

dimitserit partem, ille est citandus: & potest citari, præsertim principali absente, de procura, dilationis, de eo qui mit. in poss. c. ult. Si principalis nec procurator fuerint, fiet citatio in domo, etc. auisatis saltem amicis, de quo c. caufam, de do. & cont. & c. ult. Et in parochia, illiusque ecclæsia, in qua, etc. si forma dat, quia illius fratres sunt attendendi. l. diligenter. ff. mādati. & c. cum dilecta, de rescript. Quando locum habeat citatio ad domum, uide Innoc. & alios doct. in c. fin. de eo qui mit. in poss. Quando citandus præsens tuto adiri non potest, citandus est per edictum, de quo de iud. c. i. in cle. An aut̄ credat nūcio, seu notario referēti se citasse, uide Specul. tit. de cito. §. sequit. uer. sed nunquid creditur. Et licet credatur super actu citationis, non tamen super actu commissionis, nisi in actis constet. Ergo notarius diligenter concibat, de quo loan. Andre. in additionib. Nam Rosfredus tractando de eodem edicto, si quis uocatus in ius, &c. An potius credendum sit nūcio, referenti se u-

num

num citasse, an illi ut prætenditur citato,
 dicenti se non citatum. Statur iuramen-
 to alterius ad arbitrium iudicis, persona
 rum & negotijs qualitate p̄fatis. de quo
 Ioan. Andr. in additionib. Specul. Sed
 propter graue periculum, attamen &
 propter præmissum dubium, hodie fit re-
 latio principalis citationis per literas, iux-
 ta formam citationis. Capitulum ca-
 pitulanter congregatum est citandum.
 si tamen ad id noluerit congregari, suffici-
 cit idem citari in ecclesia. c. 1. de elect. &
 in gloss. Non singulariter singuli, sed u-
 niuersaliter & tanquam repræsentantes
 totum capitulum, quia causa capituli nō
 est causa singulorū. 12. q. 2. qui manumis-
 titur. Citatio temeraria non arctat quē
 quā. de elec. c. bene. & in cle. pastoralis.
 de re iud. notorium quippe. Etiam plu-
 res sunt casus, in quibus citatus ueni-
 re non tenetur, de quo gloss. not. in c. ue-
 niens. de accusa. Et de hoc est regula ge-
 neralis in c. 2. de dilatio. utputa si citatus
 spoliatus, citetur ad respondendum spo-
 liatori in causa ciuili, uel si similis error
 exprimatur.

exprimat in citatione. uel si ipso iure deficit iurisdictio citantis, tunc etiam non tenetur comparere: secus, si opus sit exceptione, quia tunc comparare tenetur. de quo per Ioan. Andre. in additionib. Specul. de citatione. §. 1. &c.

D E C O N T U M A C I A.

Contumax dicitur, qui peremptorie citatus non uenit: uel uenit, & non obedit, seu illuminatus recedit. Difinitur autem sic contumacia: Contumacia est, erga iudicem uel prælatum commissa inobedientia. & dicitur commissa, quia non semper obediendū est, de quo de tem. or. c. ad aures, in gloss. 2. Diuersi sunt modi contumaciæ, de quib. in c. 2. de dol. & cont. in gloss. & in c. quoniam frequenter. ut lit. non. Citatus debet inter tempestive animo ueniēdi arripere, alias non excusat: licet postea iusto impedimento in eodē uel alibi impediatur, secundum Abba, de elect. cum in ueteri. & Ioannem Andr. in praallegat. gloss.

C O N.

CONTUMACIAE SPECIES,
modusq; procedendi contra contumacem.

Contumacia est multiplex; uera, euī dens, seu notoria, ut quando citatus respondet se non uenturum de quo, & an talis responsio extrajudicialis sufficiat, & faciat uerum contumacem, uide Ioan. Andr. in additionib. Specul. de ci-tat. §. 1. Secunda est uera præsumpta, ut quia citatus non comparet: ita dicitur ue-
ra, quia apprehensus personaliter, sed ta-men præsumpta eo respectu, quia in nō ueniendo forte potest excusari propter aliquod impedimentum. Tertia est facit, quia nō est personaliter citatus, sed solū per edictum, de quo in cle. uni. de dol. & cont. in glof. mag. Et secundum qualita-tem contumacie condemnatur quis in expensis, quas refundat antequam absol-uatur. de senten. excom. uenerabilib. §. secus. libr. 6. Si actor est contumax, procedatur contra eum, ut in c. actor. de dol. & cont. lib. 6. & inde non admitta-tur ad aliquam citationem, nisi caueat de cætero comparere, ut infra cōtinetur. Et

b. nihil-

nihilominus reo instate & actore absente potest procedi ad diffinituam sententiam lite non contestata, de quo in c. causam. de dol. & cont. Et qualiter tunc procedendum, quales termini seruandi, & citationes fiendae, uide Innoc. & alios in c. 1. ut lit. non contest. Si reus est contumax, potest excommunicari, uel fieri missio in possessionē, si talis naturae sit causa: sed non potest ulterius procedi, lite non contestata, nisi causa esset priuilegia ta à iure, uel ab homine, ut dictum est supra, & in cle. dispendiosam. de iud. Si quis contumax sit, petendum est ut talis à iudice pronuncietur, seu reputetur. I. impetrandum §. & si quid. ff. de re iud.

Non est uis an acta conscribant in personam iudicis, uel notarij. de fid. instr. c. 1. &c. Compensatio contumaciae fieri potest. c. actoris. de dol. & cont. lib. 6.

Vtrum reus comparens post terminū, & nihilominus si ante comparuisset, nō fuisset processum, sit contumax censendus, uel nō, est glos. not. in c. ult. de dol. & cont. Iudex habet arbitrium uel ex-
com-

communicandi reum contumacem, uel actorem mittendi in possessionē, ut ius non cont. c. tuæ. tamen honestior est misio, quia potius recurrentum est ad res quam personas. eo. titul. c. quoniam. §. uult. in si. & in notabili. Actore missō in possessionem causa rei conseruandæ, nō dicitur uerus possessor, immo commutabilis, quia si reus infra annum cōparet, cautionem præstet de stando iuri, & expensas refundat, recuperat possessionem. & hoc in actione reali, quādo agitur super fundo, de quo ut lit. non contest. c. quoniam frequenter. §. in alijs. Licet actor forte propter potentiam uel dolum corporis possessionem nequeat adipisci, adhuc tamen possidet ad effectum præscriptionis annalis, ut in c. contingit. de dol. & cont. Si uero reus infra annum (ut supra) non comparet, decernendum est secundum decretū pro actore. ac per huiusmodi secundum decretum, illiusq; anni decursum, actor erit uerus possessor, ut iure præallegat. & postea non auditur reus, nisi super proprietate rei, ut nota-

b z tur

tur in eisdem iuribus. Si actio est personalis, ut quia proceditur super mutuo, uel ex certa condicione: Actor etiam si reus est contumax, potest mitti in possessionem rerum mobilium contumacis, si talia habeat. Aliquando in possessionem immobilium, pro modo et mensura debiti, declarati in libello actoris (Bald. in c. quoniā frequēter. ut lit. nō cont. §. quod si super. in gloss. circa fin. quod per solū iuramētū calumniæ fit probatio quantū ad primū decretum interponēdum etiā in reali iudicio.) quod quidē debito iura mēto uerificari debet. & an hoc sufficiat, uel probatio requirātur, tractat Spec. tit. de cōt. §. sequit. uer. itē quod dicitur. & de off. iud. §. uult. Ad quantū tēpus reus audiat super proprietate, uide d. c. quoniā. ut lit. nō cōt. §. uult. Etiā contumaci imponi potest multa, de quo Host. in summa de sent. & re iud. Etiā excommunicari potest, ut ibidē, præsertim ubi monitio præcessit, quia semper monitio præcedere debet excommunicationem, de quo in c. sacro, de sent, excom.

PROCESSVS IVDIC. 21
DE POENIS CON-
tumacium.

Diversæ poenæ infliguntur contumacibus, iuxta exigentiam facti et temporum, ut infr. Et quia sententia & præceptum iniusta ligant, nisi ab eis appelletur, igitur appellari debet infra tempus de quo in c. præterea de appell. Nula tamen sententia non ligat, neq; ab ea opus est appellare. Monitio semper habere debet competētia interualla, de quo in c. constitutionem, de sentent. excom. lib. 6. Episcopis deferendū est ita quod primitus à diuinis debent suspendi, secundo interdici, tertio crescente contumacia excommunicari, de quo in c. 2. de off. deleg. lib. 6. Sententia excommunicationis ferri debet in scriptis, alias nulla, de sentent. excomm. lib. 6. c. 1. propterea Specul. tit. de sent. prolat. §. nunc autem. & uidetur, non quod non sit necessarium. Consulit quod in instrumen- tis dicatur, in his scriptis. &c. Si excō municatus perseverat in excommunicatione, aggrauādus est, ut lit. nō con. quo-

niam, in fin. Etiam si sustinet pertinaci-
ter aggrauationem, reaggrauandus est.
& nihilominus ne quis ei cōmunicet uer-
bo, facto, uel opere, exceptis personis à iu-
re priuilegiatis, de quo xi. q. 3. c. quoniā
multos. & in c. si uero, de sentent. excom-
munic. Nota, quod licet quis contra
generalem inhibitionem participans re-
aggrauato non incurrat maiorem sent.
excommunicationis, sed minorem tan-
tum, tamen si sibi specialiter inhibet, in-
currit maiorem, iuxta not. c. constitutio-
nem. de senten. excom. lib. 6. Deinde si
quis reaggrauationem non curauerit, de-
bet poni interdictum monitionis secun-
dum aliquos, dicentes tam odiosam uin-
dictam monitionem præcedere debere,
præcedente, de quo 12. q. 2. indigne. Si
uero per interdictum contumax compe-
sci non potest, inuocandū est brachium
seculare. de quo c. ut clericorum. de uit.
& honest. cler. Quia si inobedientiū ex-
cessus nō compescunt, alijs uia paratur.
35. q. 9. loci. Etiā abscindēda sunt uulne-
ra, quæ fomentorum non sentiunt disci-
pli.

plinam. sc. di. plurimos. Etiam ut poena
unius sit metus alterius, &c. alijs in exem-
plum. l. capitaneum. §. infan. ff. de pœn.
Et ubi maior est poena, ibi maior debet
esse uindicta. de hæred. excommunicata-
mus. §. uendentes. De alijs pœnis inflati-
gendi, atq; ordine, nota in c. cū non ab
homine. de iud. Cum alius sit modus in-
fligēdi pœnam pro contumelia, alius pro
crimine, ut in gloss. eiusdem c.

D E A B S O L V T I O N E , E T
excusationibus citatorum.

SI citatus aut contumax excommuni-
catus comparet, & uelit stare iuri, ab
soluendus recepta cautione de stando &
parendo. c. qua fronte de appellat. Et an
ad hoc pars uocanda sit nec ne, diuersæ
sunt opiniones. Aliqui dicunt, quod nō.
de quo de iud. c. 1. & in Specul. de cont.
§. fin. uer. 1. Sed reliqui dicunt partem
uocandam, maxime si quis excommuni-
catus fuerit pro manifesta culpa. de quo
in glossa antep. c. ex literis. de off. deleg.

Si citatus per annū insordet excommu-
nicatus in excommunicatione, habetur

suspectus de hæresi, de quo de purg. ca.
c. i. de pe. graue. 12. q. 3. rursus. Si ci-
tatus impeditur impedimento tempora-
li, & causa est ardua, in qua non tenetur
constituere procuratorem, debet mittere
excusatorem. Si tamen citatus talis per se
in iudicio stare potest, de quo in c. quere
lam. de procur. Si uero causa est modi-
ca, aut impedimentum perpetuum, aut
a quo in breui nō poterit conualere, mit-
ter procuratorem. ut ibi. Si uero citatus,
& procurator eius detentus in itinere nō
compareat, habet actionem contra deten-
torem super damnis & expensis, si est in
soluendo: si uero non, restituitur. l. sed
& si. ff. ex qua caus. ma. in int.

D E O R D I N A T I O N E I V D I
cij, et formalij processu, atq; cautelis
habendis.

R EUS licet superbus humiliiter, me-
lancholicus hilariter se iudici præ-
sentabit, ne ipsum exasperet. & compare-
re potest cum protestatione, quod per co-
paritionē, &c. nō intendat in iurisdictione
nem

nem consentire, nisi & in quantum de iure teneatur. Spec. de com. pa. uideſ hæc quoq;. Attendatur, quod in simili protestatione semper addatur clausula prædicta, Nisi & in quantū, &c. quia aliās tanquam nolens comparere, pro contumace excommunicari poterit. de iud. c. 1. de uerb. sig. ex parte 1. Procuratores mandatum pro uel contra habentes, tenētur producere, et non occultare. de appellat. ſæpe. in princ. & illius copia est parti decernenda petenti pro animo deliberandi, actori uero animo impugnandi, &c. de quibus & alijs cautelis, Specul. in tractatu de libel. concep. & in titu. de appellat. in 6. Quæ etiam opponi poſſunt cōtrario respectu, cuius copia reo est decernenda, ſi non habuerit. de off. deleg. cum in iur. Specul. titu. de rescrip. Per petitionē copiæ libelli, quis nō cōsentit in iurisdictionem. ut not. in c. inter. de re iud.

D E C O N S T I T U T I O N E

& mandato procuratorum.

P Rocuratorium potest probari per litteras constituentis, suo ſigillo signa-

b s tas.

tas. de cēs. ex insinuatione. et in clement.

1. de procuratorib us. Et tale mandatum debet dirigi iudici, uel aduersario. Specul. in titul. de procurat. §. nonne autem.

uerf. 2. Plures procuratores simul

constitui possunt. cum clausula tamen,

et quemlibet eorum in solidum, ita quod

non sit melior, &cæt. de procur. qui ad

agen. libr. 6. In constitutione securum

est exprimere in specie, ad quæ quis con-

stituatur. In beneficialibus tamen tolera-

tur constitutio facta generaliter ad agen-

dum, & defendendum, uel excipiendū,

cum excipere sit defendere. in c. impera-

torum, de iura. calum. Ante omnia ta-

men requiritur, ut constitutatur ad iuran-

dum de calumnia. de iur. cal. c. ul. libr. 6.

Sub clausula generali in procuratorio

non comprehenduntur illa quæ speciale

mandatum requirunt. de procur. qui ad

agendum. lib. 6. Item dicendum est in

procuratorio confuse, quicquid per di-

citos procuratores actum fuerit, &c. quia

si diceretur, quicquid legitime, etc. nō ua-

leret mandatum. nēpe quod dolose pro-

curator

curator fecerit, ualet, & nocet domino.
ut in l. si procurator. ff. de dolo, et not. ut
lit. cont. c. i. Acceptans procurato-
rium sine protestatione, in quo se scit co-
stitutum cum clausula de satisfactione, te-
netur causam defendere. c. i. de procur.

Principalis comparens sine protesta-
tione, uidetur procuratorem reuocare, c.
pe. de proc. lib. 6. Coniuncta persona, uel
cōfors litis, comparere possunt, & defen-
dere sine mandato. de rescrip. c. nonnul-
la. not. in fin. Et aliquando sine cautio-
ne, ut tutor, curator.

D E L I B E L L O R V M

qualitatibus.

Actor tenetur offerre libellum. de
libel. obl. c. i. Imò etiam si à reo nō
petatur, ut ibi. & hoc ne iudicium reddar-
tur illusorū. Sine oblatione libelli in scri-
ptis non fit litis contestatio, etiam si uer-
bo intentio actoris sit proposita, & per
reum negata. not. in c. dudum. de elec. in
gloss. incipien. sed pone. neq; ferri po-
test diffinitiua. Sed bene præceptum, ut
reus confitens soluat. Per libelli oblatio-
nem

nem lites minui possunt, quod fieri debet. de dol. & cont. furem. &c. Libellus offertur propter tres: Actorem, ut ius suum declaret: Reum, an cedere uel contendere uelit: Iudicem, ut sciat qualē formare debeat sententiam, cū secundū illius petitionis siue cōclusionis formā sententia sit ferenda. de sy. licet sy. Libellus debet continere nomen actoris rei & iudicis, atq; causam explicantem factum, & inferentem conclusionem, unde dictus est syllogismus iuristarum. Licet in libello rigore iuris plura deberent contineri, sufficit tamē de cōclusione approbata, quod appareat in libello quis petat, à quo, & quid, qualiter, coram quo. uers. Quis, quid, corā quo, quo iure petatur, et à quo,
Recte compositus quisq; libellus habet.

Libellus autem debet proximī dicta clare obtinere, & sine obscuritate. Et cauendum est de nimia generalitate. Item nō ponat in libello, ibi, uel quo. de emp. & uend. c. fin. Item non ponatur conditionalis, si, quia incerta. Item caueatur à uerbo dupli impregnante. Item ab omni

mni uerbo amphibologico, dubio & ob
scuro. Item quod libellus sit breuis, quia
breuis scripture intentione actoris con-
tinens, contra aduersarium necessariò in-
ferens & concludens, ut not. l. ampliorē.
Cod. de appellat. §. 1. Cauetur, ne uta-
tur uerborum ambagibus, sed solum ea
scribantur, quae compendiosa narratio-
ne causas explanant. & notabiliter dici-
tur libellus diminutive, de quo Specul.
de libell. comp. §. 1. in principio. In
quibus causis libellus sit offerendus, ui-
de c. 1. de libelli obla. & generaliter est
offerendus in omni causa ciuili, siue ea sit
realis personalis, siue mixta.

D E A C T I O N I B V S , E T I L larum distinctionibus.

OMNIA actionum duo sunt mem-
bra. aut enim sunt reales, aut per-
sonales, ut Inst. de actionib. §. ult. ac ut
lit. non cont. c. quoniam. §. in alijs. Ali-
qui tamen duobus membris prædictis
addunt tertium bimembre, scilicet aliæ in
rem, ut famil. hercisc. aliæ in personam,
aliæ mixte, ut Institut. de actio. §. quædam.
Sed

Sed dicendum est quod tantū duo, quia
aliæ comprehenduntur sub illis, uidelicet, si in rem sub actione reali, &c. Si etiā
mixtæ sunt, & dantur ad res, secum tra-
hant naturam realium. In quantum ue-
ro ad personales præstationes, ut actio-
nes finium regundorū, siue usufructū,
sequuntur naturam personalium. Rea-
les actiones sunt, quæ rem comitantur.
& sunt duplices, aliæ corporales, aliæ in-
corporales. Corporales adhuc trīplices
sunt; immobiles, ut fundus: mobiles, ut
liber: tertiae, se mouentes, tamen sub no-
mine mobilium comprehēsae, ut equus,
piscis. Pro actione reali competit rei uen-
datio, ut quādo aliquis possidet seu oc-
cupat rem meam, nō ex obligatione, nec
cōtractu, neq; delicto, seu quasi, &c. Pro
corporali competit actio etiā realis, quia
incorporalia non possidentur, sed qua-
si, sicut iurisdictio, de quo uide examina-
ta. de uerbis. sig. Abbate. Personales
actiones comitātur personam, et eandē
ducūt obligatam quatuor modis, uel ex
contractu, seu quasi, à delicto, seu quasi.
ut in

ut in Instit. de oblig. cū rubricis suis seq.
Obligationes ex contractu sunt mutui,
uenditionis, locationis, &c. Quasi cōtra-
ctus, obligationes negotiorum fiēdorū,
sicut tutela, etc. Actiones ex delicto, sunt
furta, rapinæ, &c. Quasi delicti, sunt gra-
uamina iudicium male iudicantium, &c.
ut sit, contractus uel delictum est mater
obligationis, obligatio uero mater actio-
nis, & est ius propter quod fit actio. In-
stit. de actio. in princ. In specie magis lo-
quendo, actionū aliae uniuersales, aliae
generales, aliae particuliæres seu singula-
res. Vniuersalis est, quando unū ius de-
ducitur in iudicium, cui subiçtiūtur par-
ticularia supposita: sicut actio hæredita-
tis amplectitur totum ius defuncti, l. hæ-
reditatis ff. de uerbor. sig. & secundum
Innoc. c. conquerente. de off. ord. Gene-
ralis actio est, quando pro plurib. suppo-
sitis agitatur, ut est actio tutelæ, nego. gest.
&cæt. Particularis siue singularis sunt,
quando actio deducitur pro re & perso-
na priuatis. c. 2. de libel. obl. & Spec. de
actio, & petit. §. 2. Secundum naturā er-
go &

go & qualitatem huiusmodi actionum debet formari libellus, & aliter sit specificatio in una quam in alia. Qualis autem in qualibet exigatur specificatio, patebit in sequentibus.

DE LIBELLORVM OBLATIONIBUS, ILLORUMQ; FORMIS & DECLARATIONIBUS, & PRIMO IN ACTIONE REALI.

IN ACTIONE REALI LIBELLI FORMA, CORAM QD
BIS, &cæt. PROPONIT CONQUERENDO
IN IURE CONTRA N. & QUAMCUNQ; ALIAM
PERSONAM, PRO EO IN JUDICIO LEGITIME IN-
TERUENIENTEM. ET DICIT, QUOD FUNDUS A-
LIQUIS IN TALI LOCO SITUS: DESCRIBENDO ILLIUS
CONFINES, UEL SI SUNT PLURES PECIAE FUNDI
POTEST DICÍ, QUÆ & QUARUM FINES INF-
RIUS DESCRIBUNTUR, & SIC IN ORDINE DEBET
SPECIFICARI, AD MEMORATUM N. PERTINUE-
RUNT, & PERTINENT DE IURE. NIHIL OMÍNUS
PREFATUS ADUERSARIUS, FUNDUM PRÆDICTUM
PER QUINCUNQ; ANNOS DETINUIT & OCCUPAVIT,
PROUT DE PRÆSENTI DETINET OCCUPATQ; FRU-
CTUS, &c. EX EODEM PROUENIENTES PERCI-
PIENDO, & LICET N. DETENTOR UT DICLUM FUN-
DUM PRÆLIBATO N., ATQ; FRUCTUS PERCEPTOS
RESTITUAT.

restitueret, de illisq; satisfacere fuerit sæpe & sæpius requisitus, idem tamen face re distulit, &c. in animæ suræ periculum, &c. Quare petit declarari fundum ad N. spectasse, &c. sibiq; eundem adiudicari, nec non detentions, recusationes, &c. aduersarij fuisse & esse temerarias, &c. et super illis silentium sibi imponi, &c. nec non detentorem N. ut fundum, &c. dimittat, illumq; nec non fructus perceptos, &c. restituat. ac in expēs. condemnandum, uñscq; iuris & remedij s opportunitis compellendum fore, &c. Nota circa huiusmodi actionem realē, licet doctores sint diuersi, quod rei uendicatio de qua agitur, resultet ex dominio actoris & possessione rei, de quo & an super omni genere detento competat rei uendicatio, uide Ioan. Andr. in addit. Spec. de testib. accusandum. §. 1. et not. per modernos Doctor. in c. examinata. de iudi-

Vtrum rei uendicatio sit formata ex possessione rei, & reduci possit ad actū, reumq; supponat obligatū, uide Specul. de ac. & petit. §. 2. sed quam. Nota quod

in prænarrato & similis libello in actione
reali res est exprimenda, quæ petitur de
libel. obl. c. 2. Et eius qualitas an terra sit
arabilis, uel uenatica. Etiā si petitur ma-
teria infecta, utpote massa non purgata
alicuius metalli, exprimatur eius quali-
tas, scilicet an sit aurum uel argentum, et
cui magis communicet, et illius pondus,
&c. Si est materia figurata, exprimat nū-
mum, de quo Specul. de libel. con. §. iux-
ta. uer. 1. Si fundus habet nomen, ex-
primi debet, & duo fundi proximi, qui-
bus affinit. Etiam si commode fieri pos-
set, subiiciatur oculis iudicis. Item dicit
in dicto libello pertinuerit, & pertineat
de præsenti &c. quia illud præsens requi-
ritur, de quo de causa possess. cum ecclē-
sia. in gloss. 3. de restit. spolia. cū ad sedē.
in glossa. Itē potest addi in dicto libello,
quod pertinuerit iure dominij aut qua-
si, ut in c. abbate sane. de re iud. lib. 6. Ta-
men aliqui dicunt, quod huiusmodi ius
seu causa petendi non sit exprimenda,
quia uerbum pertinere latissimā habet si-
gnificationē, ut nil pertinere, ff. dc uerb.
fig.

P R O C E S S V S I V D I C . 39

sig. & facit ad hoc quod talis libellus ualeat. c. inter dilectos. de fid. instru. An autem tutum sit exprimere causam, seu ius petendi. not. de libel. ob. c. 2. de ord. cog. c. fin. per lo. Andr. Et secundum aliquos tutum est exprimere causam, quia si illa expressa succumbit, potest eandem ex alia causa repetere. nec obstat exceptio rei iudicatae, quia licet sit facta condemnatio dominij, non tamen generaliter sumpti. Reliqui vero tutum existimant, causam non exprimere, iuxta d. c. abbate, etc. nec suffragari uidetur expressio, quia expressa rem motam limitat. de caus. poss. c. fin. Cum difficile sit in actione reali probare aliquando titulum, seu ius, ut in l. cum res. C. de probat. Igitur est consilium inherere possessioni quam diu quis potest, ut in l. his qui. ff. de rei uend. Exemplum est notorium, scilicet quod probatio difficulter sit, utputa de fundo debito ratione emptionis, quia ibi oportet quatuor concurrere. Primo quod contractus præcessit. Secundo, quod uendori precium numeretur. Tertio, quod traditione rei

c. 2 sequatur.

sequatur. Quarto, quod uendor fuerit dominus. In libellis frequenter ponitur circa finem, quod reus detinet, licet non de necessitate: quia reus si possidet, est condemnandus. Similiter si no, quia liti se obtulit. de quo lo. Andr. in addit. Specul. de cauf. poss. §. 1. Adiudicari, ut frequenter in petitionib. ponitur, idē est quod ad se spectare. de quo lo. mo. in c. abbate. de sentent. & re iud. Verbum restituit, conuenit petitioni in petitio-
torio & possessorio, ut not. de dol. & cōt.
capit. 2. De protestatione in fine petitio-
nis, scilicet ad probationem necessariam
restrictio, uide de iud. exhibita. De clau-
sula saluo iure addendi, &c. uide c. inter
dilectos. de fid. instr. in princ. Pauca ap-
probatur, narratur in libello si alias perti-
nens sit. Longa uero non uitiat, dummo-
do alias libellus aptus manet. de iud. exa-
minata. Necessaria et utilia sunt libel-
landa, que probata probant intentionē.

Libellans generalia petat, & non ar-
cket, ut in processu plures vias, imo diuer-
ticula plura habeat ad fulciendam suam
inten-

PROCESSVS IV DIC. 37
intentionem. de quibus Specul. de libel.
compo. §. uult. & §. sequitur.

LIBELLUS IN ACTIO-
ne personali super debito.

In actione personali libelli forma. Co-
rā uobis, &c. licet predictus N. præfa-
to N. in N. florenī, &c. moneret curren-
tis, & cōmuniter datiuē ex causa mutui
teneat, & obligatus existat. & licet, &c.
sæpe, &c. ut solueret &c. fuerit requisitus
&c. ut sicq; petatur opponens &c. tamen
huiusmodi flor. reddere & soluere īā di-
ctus N. supradicto N. creditori suo cōtra-
dit. Quare petit, &cet. prafatum N. de-
bitorem in dictis N. flor. prafato N. ex
causa präexpressa tenere etc. ipsumq; in
huiusmodi flor. summa eidem N. credi-
tori, nec non in expēsī in hac causa, &c.
condemnandum fore. ac condemnatum
&c. ad soluendum &c. uīs iuris &c. In
actione personali semper exprimit̄ cau-
sa in libello, & est necesse. ut in c. uult. de
libel. obl. Licet in libello ponitur in fine
clausula generalis, scilicet salvo iure ad-
dendi, &c. non tamen potest corrigi seu

emēdari libellus post litis contestationē, nisi forte quia plus petiſt, & uult petere minus, aliās nunquam nisi ante litis cō- quia postea necesse iſſistendum est libel lo oblato, ne iudicium reddatur deluso- rium, & reus fatigēſ, &c. ut not. de libel ob. c. 2. Nota, aliquādo eſt cōcursus pe- titorij & possessorij, & tunc in uno libel lo ſimul poſſunt petitorium & posſeſſo- riū deduci, de quo in c. pastoral. de cauſ. prop. & poſſ. & c. cum dilect. eod. titul.

Tres ſunt ſpecies poſſessorij: una adi- pſcendi, alia retinendi, tertia recuperan- di. Recuperandī etiā duplex, ſeſilicet ſim pliciter ſine interdicto, & cū interdicto unde ui. de quo c. pastor. p̄d. in glos. 3.

L I B E L L U S C O N T R A

ſpoliatorem rerum immobiliū.

COrā uobis, &c. & dicit, quod licet tempore ſpoliationis infrascripto, & per plura tempora ante Titius fuit in poſſeſſione, ſeu quali &c. domus &cæt. cuius ſines &c. prælibatus tamen Seius dictū N. poſſ. huiusmodi anno &c. spo- liauit, iþumq; à poſſeſſione eadem uio- lenter

Ienter expulit & eiecit. eandemq; domū ab eodem spoliationis tempore cōtinue citra detinuit, prout de præsentī detinet spoliatam & occupatam, &c. Quare petit, &c. possessionem sibi restitui &c. Nota tamen quod aliquando spolium committit per aliū, & tūc illud narra, quodq; detentor illud mandauit, spoliumq; ratū & gratum habuit, etc. Item aliquando in uitium spoliatoris secundus succedit, & tunc etiam idem deducito, quodq; etiam sciuīt ipsum spoliatorem Seiū possessione spoliasse. Aliquando etiā additur in libello, quod spoliator requisitus fuerit ad restituendam possessionem, & quod restituere distulit, &c. & sic peti debet recusationes fuisse temerarias, &c. In prænarrato etiam libello debet deduci, quod spoliator fructus leuat, ut sic etiam eorū restitutio petatur unā cum damnis, &c. Poteſt etiā exprimi, quod fructus ad unam summam singulis ascendunt, sicq; partem in illa condemnari, salua iudiciali aestimatione. In simili spolio competit spoliato interdictum unde ui. de restit.

spol. cum ad sedem. &c. grauis, contra spoliatorem, etiam contra spolium ratum habentem, eiusdem c. Etiam contra succedentem scienter in uitium spoliatoris. de restit. spol. c. saepe. In simili causa spoliij duo sunt probanda, scilicet possessio & spolium. de off. deleg. consultationibus. Tamen si spolium factum est per mandatū, requiritur probatio mandati. Similiter si quis ratū habuerit, quia tunc etiam requiritur probatio ratihabitionis. Etiam contra scienter succedentem in uitium, &c. requirit probatio scientiae: quia secundū Hostiens. qui scientiam allegat, eam probare tenetur, in d. dec. saepe. Et quia hoc est difficile pro tanto, uide auxilium & cautelam canonis 3. q. 1. reintegranda. & not. d. c. cum ad sedem. &c. saepe. De petitione fructuum leuatorum, etc. uide c. grauis. eod. titul. et ibi etiam de petit. damnorum & interesse nota. Aliqui uolunt uerbis gerundius in libello non esse utendum, scilicet his uerbis, leuando, percipiendo, &c. dicentes gerundia nihil ponere, sed solum posse.

posita determinare. Sed alij dicunt hoc non esse uerum, & ita practicatur, quia secundum ipsos gerundia possunt, et resoluuntur in uerbum. not. ff. & C. de edendo. super Rubricis.

L I B E L L U S I N P E T I T O-

rio in causa beneficiali pro iure patronatus.

COram, &c. & dicit, quod licet Titius ad ecclesiam parochialem per mortem quondam N. ultimi eiusdem rectoris uacantem, per nobilem uirum N. eius ecclesiæ uerum & indubitatū patrum, in illius scilicet iuris præsentandi personam idoneam, ad eandem quoties uacat possessione, seu quasi existentem, pro taliq[ue], et ut tales reputatum tantum, &c. R. B. domino N. infra tempus debitum præsentatus, ac alias habilis & idoneus ad dictam ecclesiam habendam extitit, prout existit de præsenti. sicq[ue] eidem N. præsentato per p[ro]fatum N. ordinariu[m] de dicta ecclesia, & nulli alteri prouideri debuisse, & tenetur de iure. Ac de & super illo per quemp[er]ā, præser-
tim N. aduersarium de facto, cum de iu-

c s re non

re non posset ulla impedimenta quo mi-
nus dicta præsentatio suū sortiretur esse
Etum, inferri nō debuisset. Nihilominus
&c. petatur admitti præsentatio, & præ-
sentatū inuestiri de ecclesia, ac in corpo-
ralem possessionē induci, ac impedimen-
ta aduersarij fore temeraria, et desuper si
bi silentium imponi. De materia istius
libelli in c. consulta. de iur. patro. quia ali-
quando quis est uetus patronus, et in ue-
ritate. Aliquando bona fide tantum: &
tunc uidetur solum dicendum, quod fuit
& est in possessione iuris, &c. de quo de-
restit. in integ.

L I B E L L U S D V O R V M
contententium super iure patronatus.

COrā, &c. Et dicit quod licet ius pa-
tronatus N. ecclesiæ ad N. spectat
& pertinet de iure, ipseq; fuerit in posses-
&c. ac pro tali, &c. reputatus, &c. nihil-
minus prælibatus N. de anno, &c. quen-
dam N. ad dictam ecclesiam R.P.D.N.
præsentauit, dictum N. dicta possessio-
ne illiusq; iure temere spoliando. Quare
petatur, ius patronatus spectasse & spe-
ctare

Etare ad spoliatum. Ac spoliationes fuisse & esse temerarias, ac spoliatum in pristinum statum & ad suam possessionem restituendum fore declarari inter alia. Similis causa non est beneficialis, seu sicut talis priuilegiata, quia directe non agit super titulo beneficij et similem libellū, in eadem causa intentatur possessorium & petitorium simul.

L I B E L L U S M A T R I M O-

nialis.

C Oram, &c. Licet inter A. & B. matrimonium legitime per uerba de praesenti, scilicet hęc uerba, Ego recipio te in uxore meam per A. et ego recipio te in virum meū per B. prolata, de eorumdem consensu fuerit, & sit contractū sub arratione mutua etiam subsecuta, nihilo minus B. predict. matrimonii huiusmodi in facie ecclesiæ solēnitare, & prædicta A. tanquam marito suo adhærere, & cū eo uxorali affectione conuersari recusat in animę suę periculum, &c. petatur igitur declarari matrimonii fuisse cōtractū &c. ac prædictā A. dicto B. in uxorem adiudi-

adiudicandum, ac eandem A. ad solenni-
sandum dictum matrimonium &c. ac di-
cto A. cohabitet, eum' que uxori affe-
ctione pertractet. uis iuris, &cæt. com-
pellendum, &c. De hac materia, & qui-
bus uerbis contrahatur matrimonium,
uide c. ex literis, &c. si inter de spon.

LIBELLUS DIVORTII

propter consanguinitatem.

Coram, &cæt. Licet A. & B. inui-
cem sibi attineant, & sint in tertio
consanguinitatis gradu coniuncti, ut sic
mutuo matrimonialiter copulari dicto
defectu seu impedimento obstante non
possint, saltem de iure: nihilominus ij-
dem A. & B. forte impedimentū huius-
modi ignorātes, absq; etiam ulla dispen-
satione canonica per uerba de præsenti
contraxerunt, licet de facto carnali copu-
la subsecuta. Et cū de iure in huiusmodi
defectu ut præfertur contracto matrimo-
niorite remanere nequierat, petit etc. ma-
trimoniū fore nullū, ac uiribus non sub-
sistere, ipsiq; sicuti de facto contraxerunt
diuortiandi, &c. à cohabitatione & mu-
tua

tua seruitute, &c. uinculumq; etiam matrimonij dissoluendum fore, ac alterutri licentiam impartiendam, ad alia uota conuolandis.

LIBELLVS DIVORTII
propter adulterium.

COram, &c. Licet inter A. & B. matrimonium contractum carnali copula subsecuta, etc. sicq; idē A. illecebras adulterinas, sub. inter alias separatiuas seu diuortij pœnas committere & perpetrare minime deberet, nihilominus iam dictus A. salutis suæ immemor, iam pridem de anno, &c. cum quadam N. muliere coniugata, &c. in camera N. legem & thorum coniugij uiolando adulteriū perpetrauit, eandem carnaliter & turpiter cognoscendo. Quare petatur etiam diuortium, quoad thorum & mutuā seruitutem. De hac materia vide c. plerūq;. de donat. inter vir. & mul. ac c. tuæ. de procur. de diuort. c. significasti. melius 2. q. s. c. libellorum. Item isto modo agendo, cum non agitur super fœdere matrimonij, sed super criminе, est ordo iudicarius

ciarius seruandus. c. i. ut lit. non contest.
Item not. quod diuersis modis renuncia
tur actioni adulterij. & primo, si ambo
commiserunt adulterium, quia fidē fran
genti fides lícite frangetur eidē. Vel for
te maritus tradit mulierem adulterandā,
uel forte post adulterū est mutua recon
ciliatio facta, uel forte mulier fuit uiolen
ter oppressa, seu inducta, &c.

Q V A E F I E R I D E B E N T
post libelli oblationem.

Post libelli oblationem danda est co
pia etiam absq; petitione rei, & sine
illius expēsis, quia reus petere potest in
ducias deliberatorias, quas iudex nega
re non potest. de quo et quadruplicibus
inducij citatorijs, deliberatorijs, præpa
ratorijs, & iudiciarijs, not. 3. q. 2. sume in
gloss. & de alijs uiginti speciebus indu
ciarum, per Specul. de dilationibus. §. 1.

Induciae deliberatoria sunt uiginti dies
a iure concessi. 3. q. 3. conferatur. Iudex
tamen potest eas abbreviare, uel prolon
gare. ut not. de procurat. dilectus. de ap
pel. cum sit. Induciae deliberatoria secun
dum

dū aliquos sunt de substantia processus,
ita quod ut suprà negari nō possint. not.
c. i. de dil. Vtrū deliberatoriæ plusquam
semel sint concedēdæ, uide c. pastoralis.
de exceptio. Obtentis copia & inducij, reus
consulere debet aduocatos de & super
circumstantijs actionis & causæ. Ita
quod si actione reali conuenitur, & rem
petitam non possidet, compareat coram
iudice in termino id allegando, & dimit-
titur & absolvitur à petitione actoris. ff.
de rei uendic. in rem. de appell. ex parte,
&c. Vel si possidet, sed nomine alieno,
habet auxilium paratum, ut lit. non cōt.
c. quoniā frequēter. §. quod si. ita quod
nominando dominum exoneretur, ut ibi.
Sed si nomine proprio possidet, excipi-
tur ut infrā.

E X C E P T I O N E S C O N-
tra libellum.

Exceptiones duplices sunt, dilato-
riæ & perēptoriæ. Alij adhuc duas
subiungunt, scilicet anomalas et mixtas.
not. de exceptionibus. Exceptionem in
gloss. Itē Specul. plene in §. 1. 2. & 3. Ad-
huc

huc subdividuntur dilatoria, quia aliæ sunt perpetuae, aliæ temporales, aliæ personales, aliæ reales. Dilatoria dicuntur proprie ex eo, quia causam differunt. In stir. eod tit. §. appellatur. de quorum omnium specificatione infra. Adhuc dilatoria alia iudicij, alia rei, de qua agitur, utpote solutionis. Dilatoria iudicij multiplex est. aliqua competit ratione iudicis, alia ratione actoris, alia ratione rei. Excipientes, ut quia forte laicus quis ius habet reuocandi domum. de for. comp. c. uult. Alia ratione rescripti, alia ratione loci, alia ratione temporis, alia ratione libelli, alia ratione fori. de quo in Specul. titul. de except. §. 1. Huiusmodi dilatoria proponenda sunt ante litis contest. non postea. c. pastoralis. de except. nisi in certis casibus. de off. deleg. insinuante. Quæ illarum exceptionum primo opponenda sit, & magis priuilegiata, uide c. matrim. de re iud. & d. c. pastoral. Et licet magna sit diuersitas inter doctores, tamen exceptio per quam negatur iurisdictio iudicis, est præponenda, & postea exceptio

ceptio recusationis iudicis. Ioan. Andr.
in not. eod. tit. Ut ilis est, sed non necessa
ria protestatio de exceptione recusatio
nis præponenda suo tempore, & potest fie
ri. Exceptiones, & illarum effectus pos
sunt esse huiusmodi, scilicet si rescriptū
est nullum ipso iure, ut surreptitiū, quia
imperatum ab excommunicato. de rescri
ptis. c. ipso iure. lib. 6. Vel surreptitium
tacita ueritate, &c. imperatum, sicq; ope
exceptionis annullandum. Vel quia etiā
persona iudicis fuit tempore imperatatio
nis excommunicata, cum in talem nō ca
dat iurisdictio. 3. q. 6. §. exceptio. Post
tales exceptiones locum habet exceptio
recusationis iudicis. in c. pastoralis. & c.
inter præall. Tamen ambæ subalternati
ue possunt præponi & distincte: ita quod
recusatio primitus prosequatur, ut not.
in d. c. pastor. De recusatione ordinarij,
et corā quo probanda de foro cōp. not. si
quis cōtra clericū. De recusatione delega
ti, & corā quo probāda. habet de off. de
leg. c. super questionē, & eod. tit. Si con
tra unum, libr. 6. licet unū sit genus recu
sationis.

d fa

sationis, q̄a iudex suspectus. 3. q. 5. quia suspecti. Tamen suspicionis plures sunt species, scilicet decem & octo, enumeratae in c. legitima. de appell. lib. 6. Ordinarius suspectus allegatus potest causam al teri cōmittere. de for. compe. si quis. Ali quando etiā delegatus. ut in c. iudex. de off. deleg. lib. 6. Licet in exceptionib. recusatorijs frequēter excipiēs offerat probationes, & petat electionem arbitrarii. Initio non est necesse, secundum Innoc. c. cum simile. de appell. quia iudex id pertere habet. Licet actor ex ueteri causa possit recusare non delegatum, nisi ex noua causa superueniente. de off. deleg. insinuanti tamen ordinarii ante cōventionē rei potest. c. si quis. de for. compet.

F O R M A E X C E P T I O N I S

recusationis iudicis delegati.

Excipiendo, etc. dicit personam uestrām scilicet iudicis, illiusq; prætensum iudicium declinando, quod aduersarius uester fuit & est uester consanguineus, uel familiaris, domesticus, &c. de alijs speciebus prætactis, Sicq; prædicatur

PROCESSVS IUDIC. si
catur fuit & est dictum creditū notoriū,
&c. Itē quod propter præmissa uos scili-
cet iudex, præfato N. príncipalitā de iū-
re q̄ de factio non modicū suspecti existi-
tis, palam & publice, &c. Itē quod nullo
periculo suadēte corā suspecto iudice li-
tigare de iure teneat. Si uero ut suprà or-
dinariū sit suspectus, tūc actor antequā
conueniat reū cōpareat corā ipso ordina-
rio sub huiusmodi exceptione et petitio-
ne. Licet R. P. quēdam N. aduersarium
meū de & super, &c. corā uobis conueni-
re & in iudiciū trahere uellē, tamen cum
idē N. aduersarius fuerit & sit cōsanguineus,
&c. Sicq̄ iuris præsumptione uos
suspectū habeo pro tanto supposito, &c.
ut causam ipsam alicui alteri, &c. nemini
partium suspecto cōmittere dignemini,
&c. Contra personā actoris etiam cōpe-
tunt hæ exceptiones, scilicet ex cōmuni-
cationis & minorēnitatis, &c. quas Spe-
cul. eodē numerat titulo, de actore. §. fin.
& ibi etiam de exceptionibus cōtra forū
uel locū. Et est esse eius exceptionis con-
tra actorem minorenem, quod quia

minor est, & in pupillari ætate constitutus, quare in iudicio stare non possit de iure, neq; habilis ad agendum existat. Effectus exceptionis contra libellum est ultra generalia, quia res petita forte male specificatur, & illius situs atq; confines peius describunt, adeò quod reus super illis deliberare nequit. Vel quia manifestam continent contrarietatem, siue ineptitudinem, &c. quia in actione reali res est exprimenda per confines. In personali uero causa est deducenda. De primo c. uult, de secundo c. de libel. obl. Non est tutum in specie excipere cōtra libellum, quia forte actor insfrueretur, de qua cœla uide Specul. de libel. cōcep. §. sequitur uidere. uer. item recepto. Effectus uero exceptionum declinatoriarum fori est talis, et reus excipiēdo sic dicat. Quod cum causa coram uobis N. iudice proposta, & in libello prætenso, &c. deducta fuit, & ciuilis atq; mere prophana. Idēc N. reus laicus existit, ac actor forū eiusdem rei sequi tenetur de iure, merito huiusmodi causam ad suum iudicem competen-

petentem, coram quo se iuri stare paratū
offeret tremitti, uosq; dominum N. quod
dictus N. reus eidem libello pr̄tensio re-
spondere non teneat interloqui, atq; par-
tem agentem in expensis cōdemnari pe-
tit, &c. In euentum de grauamine & ap-
pellando protestatur. Exceptio dilato-
ria solutionis etiam proponenda est an-
te litis contestationem. & si uera est, indu-
cīe duplicabuntur impedimento etiam
concessio, quia petiit plus tēpore. de plus
petit. c. uni. Et licet probari non possit an-
te litis contest. potest tamen pōst probari
secundum Innoc. c. pastoralis. de excep.
eod. tit. Specul. §. uidendum. in princip.
Exceptio anomala dicitur, quasi sine re-
gula, ut est exceptio excommunicationis,
quādo sine regula in omni parte litis op-
poni potest. Sicq; etiam non sequit̄ nor-
mam aliarum exceptionum, quia etiam
post sententiam potest opponi, ut cle. u-
nica. de excep. & c. pia. eod. tit. lib. 6. Dū-
modo tamen nō differatur malitiose, ut
scilicet actor continue fatigetur, & po-
stea, &c. imo tunc excipiens condenna-

d 3 retur.

retur. c. exception. de excep. tamen regu-
lariter nisi bis opponi debet, ut dicto c.
pia. In istis per quas excōmunicatio obij-
citur exceptionibus, debet exprimi no-
men excommunicatoris, & causa excom-
municationis, si dies nescitur. alías non
est admittenda, & quod excommunicata-
tus fuit denūciatus. et infra octo dies pro-
bari apertissimis documētis , ut in c. pia.

Generaliter etiam & absq; expressione
premissorum potest opponi, dummodo
immediatè probetur, utputa per literarū
excommunicatoriarum productionem. &
ita seruatur de stilo Romanæ curiæ . Et
quia plerumq; ad protrahendum litem
solent exceptiones huiusmodi opponi,
ideo iudex potest recipere iuramentum,
quod taliter non dentur. de quo iura ca-
lum, c. 2. libr. 6.

E X C E P T I O N E S P E R-
emptoriæ.

Exceptiones peremptoriæ regulari-
ter ante litis cont. locum nō habēt.
et sunt trīplices, scilicet rei iudicatę, trās-
acta, & finitæ. tamen etiam habētes na-

tu.

curam præjudicialium, & elidentes totam mentionem actoris, opponi possunt antelitis cont. c. 1. de litis co. libr. 6. Præjudicialis exceptio quæ dicatur, uide de ord. cog. tuam, & Instit. de actionib. §. præjudiciales. Aliquæ etiam sunt exceptiones peremptoriæ, quæ opponi possunt & probari per sententiam, & si ab illa non fuerit appellatum: sicut exceptio compensationis, de qua de ord. cog. c. uult. de fid. instr. cū Ioannes. & Specul. de appell. §. pen. uerb. sed nunquid in eam. Exceptionum peremptoriarum aliquæ sunt quæ non stant per se, sed in quantum concernunt principales actiones, & tales intentatae fuerint, sicut exceptio pacii de non agendo, & tales opponenti debent ante sententiam, quia uis earum tollitur per sententiam. Aliæ sunt per se, sicut dictum est de compensationibus, de quibus Specul. eod. tit. §. dicto. uerb. ibi autem, & Hostiens. in summa eod. tit. §. & quando. uer. & casibus. Natura exceptionum peremptoriarum adhuc duplex est, quia aliquæ sunt quæ non peri-

munt simpliciter actionem, sed solū eli-
dunt, ut sunt exceptiones pacti, de non
petendo, &c. & iuslurandum, &c. Aliæ
sunt quæ ipso iure tollunt & perimunt, si-
c ut exceptiones solutionis, acceptilatio-
nis, etc. de quo Specul. de excep. in prin.
Et propter hoc aliqui procuratores utun-
tur duplici uerbo in exceptionibus, scili-
cet excipiendo dico, & hoc dum obijciunt
exceptionem ipso iure elidentem, &c.
uel dum, ut suprà ipso iure non tollunt,
dicunt, Ad iuris mei defensionem pro-
pono seu dico, &c. Effectus exceptionis
peremptoriae, & primo de re iudicata est
iste, scilicet quod quis excipiendo dicat,
quod pridem & alia uice inter ipsum ex-
cipientem. &c. de & super N. coram R.
P. Dn. N. tunc iudice & commissario ri-
te introducta fuit. Item quod idem N.
iudex seruatís seruandis tulit sententiam
exprimēdo diem, per quam inter alia di-
ctus N. excipiens fuit, &c. absolutus,
prout in eadem sententia plenius, &c.
Item quod dicta sententia nulla prouo-
cationis suspensione in rem transiuit iu-
dicatam.

dicatā. Item quod præfatus N. exceptus huiusmodi causam tanquam per rem iudicatam, ut præfertur, sumpitam resuscitare de iure non potest, neq; super eadē audiū debet, &c. Quare petatur excipientē ab impecitione N. absoluī, exceptumq; declarari ulterius non audiendum, &c. Nota etiam, quod infra scripta concurre re debent ad hoc, quod exceptio rei iudicatae obstat. Et primo, quod idem sit corpus & quantitas. Secundo, quod idē sit modus petendi. Tertio, quod eadem sit conditio personarū. Quarto, quod reus possideat rem tempore actionis seu sententiæ. not. in c. pen. de except. &c. 1. de litis cont. lib. 6. Etiam expedit, quod res iudicata non sit nulla. Ad hoc etiā quod exceptio transactionis releuet, requirit quod tenuerit, & quod pure, & non per seductionem facta sit. quodq; ut suprà unus & idem semper sit modus petendi, quodq; alias transactio non fuerit dolosa, de quo c. 1. de exce p. lib. 6. & Specul, eod. tit. §. dictio. uer.

Adhæc.

d 5 R E P L I

REPLICATIONES, EA
rumq; effectus contra prænarratas
exceptiones.

REplicatio est allegatio actoris, per quam resoluīt exceptio rei. Instit. de replic. in princ. Vel potest dici replicatio, quasi exceptionis exclusio. Repli catur sic contra excipientem de suspicio ne iudicis, & dicentem actorem fore con sanguineum, uel amicum iudicis, &cæt. Quod posito & nō concessō N. replican tem fore consanguineum, ex tunc repli cando dicit, quod etiam excipiens sit cō sanguineus iudicis, quodq; sic par affe ctionis causa suspicionem tollat. Vel sic: Licet actor sit amicus iudicis, aut ē cōtra, aut inter eos aliqua amicitia specialis, si ue etiam inter iudicem & excipientem i nimicitia, &c. replicando ut suprà dica tur, quod talis amicitia siue inimicitia sit leuis & modica, sicq; non sufficiens pro recusatione, &c. Hæc replicatio tollitur ex c. accedens. ut lit. non cont. & ext. not. in c. postmodo. de appellat. in gloss. Replicari potest contra exceptiones declina torias

torias fori, quod licet reus sit laicus et cau-
sa prophana, nihilo minus locus domici-
lii N. rei est de iurisdictione iudicis. Vel
potest allegari lögæua & præscripta con-
suetudo, quod cognitio similium causa-
rum spectet ad ipsum N. iudicem. Vel
replicari potest, quod licet iudex tēpora-
lis sēpē fuerit requisitus pro administrā-
da actori iustitia, tamen distulit, quare
de iure causa ipsa per N. iudicem ecclesia-
sticum est cognoscenda, & potest cogno-
sci. Et talis replicatio fundatur in c. licet.
de for. comp. & c. si duobus. de appell. Re-
plicari sic potest contra exceptionem ex-
communicationis: Quod licet actor fue-
rit per N. excōmunicatus, tamen est ab
eadem prætensa sententia per N. iudicē
& cōmissarium anno N. absolutus. Vel
replicari potest, quod excōmunicatio fue-
rit & sit nulla ac irrita ipso iure, quia per
non iudicem lata, aut quia forte cōtinet
intolerabilem errorem, uel quia à iudice
ante promulgationem excommunicatio-
nis fuit ex causa legitima appellatum. Iste
replicationes colliguntur ex c. innotuit.

de

de elect. & de senten. excom. per tuos. de
confuet. ad nostram. de iud. ac si clerici.
Replicari potest contra exceptionē trās-
actionis seu rei iudicatæ. &c. quia senten-
cia per quam respondetur. res transacta
fuit & est nulla. quia per non habentem
iurisdictionem lata. Vel quod tūc actor
petebat rem ex alia causa. uel forte quia
alius modus agēdi est uariatus. uel quod
transactio est dolosa. &cæt. Sed tales re-
plicationes colliguntur ex notatis. c. 1.
de excep. lib. 6. & in Specul. eod. tit. §. di-
ctio. uers. ad hæc quoq; notandum.

I T E R V M D E E X C E P T I O-
nibus quæ obijci possunt contra prænar-
ratos libellos seu articulos desuper
formandos.

P Rimo contra libellum de iure pa-
tronatus sic excipi potest. quod li-
cet non constet præsentatorem fuisse &
esse uerum patronum tempore præsen-
tationis. fuit tamen & est in eiusdē præsen-
tationis iuris seu quasi possessione atque
uerus possessor bona fide. et ut talis repu-
tatus.

tatus. Item quod ut sic dictus N. præsentator, & non N. opponens dictū ius possedit & possidet de presenti. Itē quod præmissis attentis, & secundum iuris dispositionem præsentatio N. scilicet possessoris, & per illum facta fuit & est præferenda. Vel potest excipi, quod quis à plurib. & maiori parte numero sit præsentatus, sicq; tanquam plures patronorum uoces habens præferendus, & ut in iure potior. Excipi potest contra libellū de & pro matrimonio, quod contrahentes sint coniuncti tertio uel quarto gradu consanguinitatis, uel quia sint in secundo uel tertio gradu cognationis spiritualis, quia forte A. leuauit B. puerum ex sacro fonte, &cæt. Et contra huiusmodi exceptionē replicari potest quod impedimentum predictum sit sublatum per dispensationem canonicam. De exceptione contra adulterium, uide supra in suo loco, de libello desuper confessio. Contra libellum iniuriarum potest excipi, quod actio iniuriarum sit extincta de iure et sublata, præsertim ex eon-

nam

nam post diem in libello prætenso ex aduerso descriptum, & quo iniuriæ prætenduntur irrogatae, cum dicto N. libellato comedit, bibit, ipsumq; salutauit, &c. acquod ut sic actioni iniuriarum saltem tacite renunciauit, &c.

D E R E C O N V E N T I O N E.

Q Vando uero aliqua exceptione prædictarum non competit reo, potest actorem actione subsistente coram iudice reconuenire, siue iudex sit ordinarius, siue delegatus. de mun. petit. c. 1. de rescr. c. dispensia. lib. 6. Offerat ergo ut sic reus actori libelli reconventionale ante litis contest. de reconventione post litem cont. sienda, & ut sic fiat saltē post litis contest. secundum communem opinionem Doctorum. licet Innoc. uideatur tenere, eam fieri posse etiam post litis contest. absq; protestatione, dummodo ante conclusionem fiat: quæ tamen conclusio reprobatur per not. in præallegato c. 1. de mut. petit. quod reconuētio, ut dicit Ioan. de lig. est uerbum respectuum, concernens conuentionem. & respecti-

Specienda sunt simul tempore, sicuti probat ordo rubricarum. Oblato libello reconuentionali, sunt causæ iure conuenientis & reconventionis illaqueatae uicis sim, scilicet mutuis uicibus tractandæ, & simul una sententia terminandæ de ord. cog. c. 2. Si tamen ut præmittitur reus neglexerit tempore debito reconuenire actore, potest in quacunq; parte litis impetrare rescriptū super reconuentione, ut in d. c. dispendia de rescriptis. lib. 6. Sed tunc iudex non tenetur uicissim procedere, sed solum ut in alijs causis, & ad se non essent mutuæ causæ siue petitiones, secundum Ioan. Andr. in additionib: Specul. de reconuentione, §. uidendum.

Coram uero ordinario, quando cunq; et in qualibet parte litis potest fieri reconuentionio. Sed tamen si fit post litis contest. cessat uicissitudo processus, & tunc quælibet lis curret in arte & terminis suis, ut iuribus præallegat. Reconuentionio non semper fit, nec uno modo, uidelicet si actor conuenit reū possessorie, scilicet interdicto unde ui, quia tunc reus non potest

testactorem reconuenire, nisi de alio spo-
lio. ut de ord. cog. c. uult. Etiam si actor
per modum exceptionis ei obijciat spo-
lium de ord. cog. c. 2. & c. frequens. de
restit. spol. lib. 6. maxime actiore inuitio.
secus eo consentiente, quia tunc potest
fieri reconuentio. de rest. spol. c. 1. Alios
uero casus, in quibus non habet locum
reconuentio. not. de arbitris. c. cum dile-
ctus. in gloss. An super libello reconuen-
tionali dandę sint inducę deliberatorię,
uide de mut. reconuen. c. 1. ubi habetur,
quod si sic reconuentus uoluerit, &cæt.

D E L I T I S C O N T E S T A-
tione.

Litis cōtestatio est iudicij seu litis fun-
damentum atq; exordium, de litis
con. c. 2. Per affirmationem actorum, &
negationem rei, seu petitionē in iure pro-
positam, et responsionem rei factam fit li-
tis cōtestatio. d. c. unico. de litis con. Rei
quiritur, quod uerba affirmationis &
negationis, sint expressa, per quæ fieri
debeat litis contestatio, siant & proferan-
tur organo actoris & rei, quia litis cont-
non

nō loquitur, neque exceptiones rei respondeant. ut l. unica. C. de litis cont. Hęc uerba, scilicet animo litem contestandi, quę frequenter adiunguntur in litis contestatione, non sunt necessaria, secundū Hostiens. & Ioan. Andr. De quo etiam Specul. de litis cont. §. 1. uers. sic igitur. Nam secundum eos, per affirmationem actoris & negationem rei sit sufficiens litis contestatio. Quid autem designent, et quare subiungantur talia uerba, not. Ro. conclus. 18. quę incipit, item si pars rea. Aliquando etiam potest fieri negatio libellatorum, non animo litem contestandi, sed animo iudicem instruendi, & tunc idē & de eo reus debet protestari, de for. comp. c. si clericus.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Post litis contestationem iuramentum calumniae statim est præstandum. ut de iura. calum. c. causam. tamen si tunc non fuerit præstitū, potest in qua libet parte litis præstari. ut eo. tit. c. 1. Iuramentum huiusmodi principaliter propter duo præstatur, scilicet propter causam

& iurif. am

Iumniam uitandam, & ueritatem proponendam. Calumnia est, quando quis scienter agit, uel resistit iniuste. l. i. ff. ad Turpilian. §. calumnia. Procurator ex quo potest, per se & principaliter calumniæ iuramentum præstare debet, & tenetur non solū in animam sui principalis, sed etiam propriam iurare. de iur. calum. c. 2. lib. 6. Et sic dominus non incurrit periurium, si non fuerit in culpa, aut non dederit occasionem. c. ul. de iure iur. lib. 6. Iuramentum huiusmodi præstatur primo, ut ueritas elicatur. Secundo, ut litigantium ~~teme~~ ueritas compescatur. Tertio, ne iurans immemor salutis propriæ efficiat, quinimo ueritatem proponat: quæ & alia notantur de iura. cal. c. cæteris. in glos. 2. Item, quadruplicia sunt iuramenta. Primum est malitiæ, quod iudex quan- docunque uoluerit, parti potest deferre. Secundum calumniæ, quod, ut su- præ, præstandum est post litis contestationem. Tertium est ueritatis, quod in spiritualibus potissimum est præstan- dum.

dum. Quartum est decisorum, quod in supplementum probationis praestatur, uel reo secundum exigentiam rei defertur, ad suam innocentiam ostendandam, de quo c. uult, de iura, calum; & in Specul. eo. tit. §. restat, uer. sed pone. Pars recusans iurare de calumnia, punitur secundum formam supradicti c. uult, de iura, calum.

DE POSITIONIBVS;
& articulis.

Positio dicitur, quia super positio-
nibus lis ponitur ueluti fundamen-
to: quia eis confessatis uel negatis, lis pro-
cedit, uel non. de quo de confes. c. 1. lib. 6.
in glos. & in specul. de positionib. §. &
aliquę nō. Et sunt positiones ad facilitiore
litigantissi expeditionē, ut ibi. Articulus
vero dicitur, quia arctat, et arte parat, ac
artat reum ad respondendum, not. in c.
presentiū. de testib. lib. 6. Et sunt ad decla-
rationē & probationē clare siēdas, ut di-
cit textus in cle, sepe, de uerb. sig. et etiā
diuersis uocabulis appellant, de quo c:
cū ecclesia, de causa posse, & proprietate
e 2 & d:

& d.c. præsentium. de testib. lib. 6. Et dicitur articulus diminutiuè, quia aliquando particulare designat à suo genere extractū, et per debitas circumstantias decisum. de off. deleg. super quæstion. In actione igitur reali attēdat articulanter, & præmasticet ea quæ sunt necessaria pro petitione & probatione rei siue fundi, sicut not. G. in Specul. de locato. §. nunc aliqua. uerf. licet. & not. in c. 1. de confess. lib. 6. Effectus articulorum in actione reali est, quod articulans deducat & articulet fundum, illiusq; situm et cōfines. Itē quod spectet ad eum, et quo iure, & quod fuit in poss. et pro posseſſore reputatus. etc. et sic in alijs causis debet semper considerari natura propositiæ actionis. Effectus uero articulandi in actione personali, potest esse talis, scilicet quod tali anno, etc. Titius mutauit Seio centum. Item, quod Seius promisit restituere tali tēpore, etc. Item, quod idem Seius dictam sententiam soluere neglexit. etc. Similiter in actione depoſiti, potest sic summarie articulari, quod

Titius

Titius tali anno penes & apud Seium libros, etc. causa custodiae depositus, &c.
 Item, quod Seius eodem anno dictum librum ex causa deponit, & recepit, etc.
 Item, quod depositarius huiusmodi
 brum licet saepe interpellatus extitit, re-
 stituere contradicit, etc. Effectus articu-
 lorum super interdicto unde ui potest
 esse talis, scilicet quod a tempore, etc. &
 tempore spolij, etc. Titius fundum, qui
 specificari debet, possidet, etc. Itē, quod
 Seius anno, etc. & die, N. dictū Titium
 in præacta possedit, existentē, dictio fun-
 do, illiusq; possessione uiolenter spolia-
 uit, ab eisdem eiecit & expulit, etc. Mo-
 dus enim & forma uiolentiæ sunt desti-
 lo deducendi. Item quod idem Seius
 a dicto electionis & spoliationis tempo-
 re, ac continue citrā detinuit atque deti-
 net de præsentī, dictum fundum spolia-
 tum, fructus etiam eiusdem imbursan-
 do, & in suos damnabiles usus conuer-
 tendo. Item, quod fundum restituere re-
 cusauit, etc. Item aliquando deducitur
 ualor fructuum, qui percipiuntur singu-

lis annis, etc. Aliquando etiā mandatur
quis spoliari. & tunç deduc, quod talis
N. Seius spoliari, etc. fecit & mandauit.
uel etiā aliquādo ratū hæreditatis
&c. &c. deduc, quod spoliū ratū ha-
buit, imo rem spoliatā ad se recepit, etc.
De diuersis modis articulandi uide Spe-
cul. de testib. §. nunc uidendū. & in tra-
statu suo libel. etc. et not. c. i. de confess.
lib. 6. in glos. mag. cum c. sequen. Effe-
ctus articulandi super iure patronatus,
& pro præsentato potest esse talis, quod
inter cæteras, etc. sit ecclesia parochia-
lis N. etc. Item, quod inter cæteras capel-
lanias in eadem ecclesia, etc. sit talis, etc.
Item quod huiusmodi capellania fue-
rit per N. laicum, etc. instituta, erecta
& fundata, ac de bonis suis dotata, li-
centia & confirmatione diocesani sub-
secutis. Item, quod idem N. laicus
tempore huiusmodi fundationis ius pa-
tronatus, etc. sibi, & eo uita functo, hæ-
redibus suis reseruauit. Itē, quod de præ-
missis, etc. Item, quod N. præsentator
fuit, & est hodiernis temporibus uerus
& natu-

& naturalis atq; propinquior hæres, de talis linea, scilicet fundatoris, superstes, quodq; propterea ad eum ius patronatus fuit, & est legitime deuolutum, etc. Item, quod idem præsentator se pro uero patrono & hærede, etc. gesserit, & reputatus fuerit. Item, quod præsentationis per quemcunque de linea dicta, ut præfertur, hæredem, saepe factæ fuerint, & sortitæ sint effectum. Item, quod præsentator tali anno, etc. die, etc. Seiū ad dictam capellaniam tunc per d. N. uenerabili uiro. N. officiali præsentauit. Item, quod præsentatio admissa fuit, etc. ac illius praetextu præsentatus, ad eandem capellaniam rite institutus, etc. Itē, quod de præmissis, etc. Item, qd tali die, etc. capellania supradicta uacauit, etc. Itē, quod præsentatus tēpore præsentationis fuit habilis & idoneus, ac in etate legitima cōstitutus, etc. Effectus articulādi in matrimōiali, & pro matrimōnio, potest esse talis, qd talibus anno & die A et B. in tali loco cōuenierūt, animo matrimonii inuicē cōtrahēdi, & de illo

tractandi, etc. Item, quod idem A & B,
eisdem anno & die, diuersis collocutio-
nibus præmissis, nō coacti, aut etiam se-
ducti, matrimonium inter ipsos uerbis
de præsentí aptis, huiusmodi scilicet, E-
go A te B in uxorem, & ego B te A in
uirum meum recipio, uicissim promis-
so alterum alium nō dimittere uelle pro
meliori uel peiori, cōtraxerunt, etc. Itē,
quod in signum matrimonij ipse A, B
uxori suæ prædictæ id consentienti, &
manum porrigenti, eidem manu annu-
lum imposuit, & per eūdem ipsam sub-
arrauit, etc. Itē, quod tempore dicti con-
tractus matrimonij, idem A & B habi-
les fuerint & idonei ad dictū matrimo-
nium contrahendum. Effectus articulo-
rum super diuortio potest esse talis, &
deducendi sunt primo gradus propter
quos consanguinitas exigit diuortium.
Et primo, quod sit talis uilla, etc. Item,
quod in eadem uilla morari consueue-
rint A & B, coniuges, etc. Quod idem
coniuges procrearunt duas proles, ma-
sculinam N, & fœmininam N, etc, nun-
cupatos

cupatos, filios naturales & legitimos, etc. Quod idem N. filiū naturalem N. cū uxore sua genuit & procreauit, etc. Quod etiam dicta N. ad matrimonium tunc conuolando, cum N. contraxit, & B. filiam legitimā ex se generauit. Quod præfati C & D. fuerint & sint in tertio cōsanguinitatis gradu cōstituti: quodq; talismodicōsanguinitatis gradu, siue im pedimento obstante, non possint sine dispensatione canonica matrimonialiter, saltem canonice, copulari. Quod omne matrimonii in simili gradu, & eodem defectu obstante, cōtractum, tanquam de facto & de iure nullum & inualidū, sit dirimēdum, atq; copulati diuortiandi. Quod ijdem C & D. nuper de anno, etc. matrimonium, etc. licet de facto contrixerunt. Item, quod positiones & articuli pauca & necessaria debeant cōtinere. aliās, & etiam propter sex modos infrascriptos, repelluntur. Primo, si positio fuerit negatīua. quā tamen duplex est, explicita & implicita: quā similiiter non probatur. Secus de explicita,

ut, Ego tecum non contraxi, quae indu-
bie pbari potest, scilicet quod tali die, in
tali loco fui, & absens à patria. Sed de-
ducenda est materia negativa sub uer-
bis affirmatiuis, seu quasi, ut sic articu-
lando, Quod ueritas est, etc, præter, etc.
qd unquam tali die matrimonium cum
tali contraxi, quoniam ueritas est quod
eodem die in tali loco fui, etc, Secundo,
si positio probata nō reuearet, ut quod
habeo deducere & probare matrimoni-
um, etc, et solum pono quod factus sum
cum una solatiosus, aut tractatum ha-
bui de cōtrahendo, etc, quia similia pro-
bata non probant matrimonium. Ter-
tiò, si positio non facit ad causam, uel
non descendit ex libello, & quia actio
est de & super matrimonio, & in articu-
lis deduco quod uobis decem mutuaui,
etc. Quartò, si positio pendet ex alio &
diuerso, quoniam originaliter actio in-
dicat: utputa, si pono me uobis centum
mutuasse, & subinfero me uobis eosdē
centum tradidisse, seu donasse, etc.
Quintò, si sit super facto, super quo pri-
us re-

us responsum est, uel negatum: utputa,
si semel confessus sum uobis tenere C.
non sum amplius interrogandus, uel si
negauerim. quia tunc articulus solum de-
super fieri debet, animo probandi, etc.
Sexto, Si positio sit implicita, utputa
si in uno articulo deducantur mem-
bra duo, quorum unum potest esse ue-
rum, & aliud falsum, ut hoc ponendo,
quod possideo ecclesiam ad collatio-
nem, etc. spectantem, etc. quia potest
esse uerum, quod possideo ecclesiam,
etc. & falsum, quod spectet ad colla-
tionem, etc.

DE ILLIS QVAE FIVNT
*post dationem articu-
lorum,*

Articulis datis, præfigitur termi-
nus parti articulatæ, ad dicendum
contra articulos, in quantum articuli.
ac respondendum eisdem, in quantum
positiones, etc. Et licet non dicatur
peremptorie, tamen subintelligitur. &
intelli-

intelliguntur omnes tales termini peremptorij, nisi fieret specialis prorogatio seu assignatio ad secundum diem, etc. De primo, c. pastoralis, de excep. Oblatis in super positonibus et articulis, si sunt positiones pertinentes claræ & certæ, pars articulata si interrogata et compulsa fuerit, tenetur eisdem respondere, de testib. presentium lib. 6. Et si compulsus aut catus respondere recusauerit, tunc positiones habentur pro confessatis, nisi rationabilis causa excusat. de quo c. 2. de confess. lib. 6. Et quæ sit rationabilis causa, not. ibi in glos. Et potest esse talis: si positio est superflua, quæ non facit ad caussam: uel obscura, captiosa, de facto alieno, impertinens, etc. de quibus omnibus in d. c. 2. de confess. in glos. Omnis positio est articulus, si negatur, et succedit in locum articulorum, in quibus clausula, quæ frequenter ponitur, scilicet probare intendit, est, et censetur conditionalis, scilicet casu quo posito negata fuerit, de quo Specu, de testib. §. nūc uidentur, in primo, cum remiss. In termino
igitur

igitur præfacto diuersæ exceptiōes pos-
sunt opponi, secūdum diuersitatem na-
turæ causarū, ut infrā, per quas expresse
debēt peti articuli declarari impertinen-
tes, etc. Ioan. Andr. in c. 2, de elect. Ta-
men iudex potest etiam et debet exami-
nare pertinentiā eorundem, licet in du-
bio potius debet admittere, salvo iure,
etc, quam repellere, ut not. de test, per tu-
as. de cōfess. c. 2, lib. 6, & de appell. cum
simili, de diuersis exceptionib. Vide su-
prā contra libellum, in ordine suo.

DE EXCEPTIONIBVS CON-
tra articulos, et responsionibus
super eisdem.

IN causa beneficiali potest sic excipi,
& primo generaliter, scilicet qd po-
sitiones & articuli sint generales, nímis
obscuri, incerti, informes, indetermina-
ti, dubij, multiplices, indefiniti iuris, ca-
ptiosi, de facto alieno, impertinentes, ac
probati, mīnimē relevantes: ac aliās etiā
tales, quod eis in quātum positionib,
non est respondendum, etc. In excipien-
do

do potest dici, quod beneficium, de quo agitur, petenti & agenti minime debetur: quia uel gratia obteta est & extorta per ueritatem tacitam, uel falsam suggestionem, quia forte tacitum est, impenetrantem beneficium aliud obtainere, de quo nullam fecit mentionem in gratia. uel forte suggestit, impetrans fructus beneficij impetrati x. marc. non excedere, qui forte x vi excedunt. Vel forte gessit se clericum, & non est, & sic de alijs, prout infra in suis formis. Si autem respondendum est positionibus, respondeatur sub hac forma: Saluo iure impertinentium, etc. & talis clausula excusat & releuat respondentem, quod responsiones ad impertinentes positiones, pro non factis habentur. Tum tenet de illis expresse protestari in responsionem, etc. Et debent dari responsiones medio iuramento, & per eas responderi per uerbum credit, uel non credit, etc. Item nota, quod licet aliquando positiones sint de facto alieno, tamē eis est respondendum si faciūt ad causam:

&c.

& si causa, aut actio iustificatur ex ipsis, secundum Ioan. Andr. in addit. Speculum, de positio. §. 7. Item nota, quod sufficienter respondetur per uerbum credit, uel non credit alicui articulo, etiam si sequentibus & dependentibus ab eodem respondeatur per uerbum, ut supra ad primum uel secundum. Quia ex quo negatur uel confitetur contractus principalis & essentialis uenditionis, negantur uel confitentur singula concurrentia & necessaria ad talem contractum. Aliquando tamen huiusmodi concurrentia diuersimode descendunt, & derivantur unum ab alio. ut not. de confess. c. 2. lib. 6. in glos. Item quod talis responsio per uerbum credit, uel non credit, sit & est sufficiens, procedit ex uero iuramenti calumniæ. Sed iuramentum de ueritate requirit haec uerba, scio, uel non scio, not. Hostiens. in c. literas, de iura calum. Attamen confessio de credulitate praediudicat, sicut confessio de ueritate, ut not. in c. de iur. ex literis. c. fin, de iure cal. cum causam. in glos. r.

Re spon-

Responsio cōditionalis, scilicet si actor petit centum, & reus confitetur se illos teneri, sed sub cōditione, est secundum Archid. & Joan. Andr. in d. c. de confess. lib. 6. sufficiens, & per eam fundata intentio actoris. Nam confessioni contra confidentem statur, & hoc prēsertim nisi reus probet conditionem, quæ so- lum superesse uidetur probanda, ut ibi. Reliqui tamen doct. uolunt, quod quia talis responsio non est pura, igitur per eam minime fundatur intentio actoris, imo unicum dinoscitur, igitur aut totū approbandum, aut totum refutandum per actore, ita quod si uult unam, oportet etiam reliquam partem approbare, secundū Joan. Andr. Ad respondendū, si reus dubitat de articulis, potest petere inducias liberatorias, sed non consularias, aduocati uel procuratoris, cum quis in facto proprio debet esse certus. c. pastoralis, de iud. & ibi opt. gloss. Et igitur principalis etiam debet responde re, cum non sit uerisimile quod quis fa-ctum suum proprium ignoret, imo non admit-

admittitur ignorantia de facto proprio.
Si autem reus recusauerit respondere,
contumax in quibusdā curijs censetur.
Aliquando uero in Romana curia citat
tut sub pœna confessati: & tunc si recu
saret, res habetur pro confessata, etc.

DE INTERROGATORIIS.

Interrogatoria debent dari articulis
admissis, cum protestatione, scilicet
quod secundum interrogatoria testes e
xaminentur & interrogentur, atq[ue] ipso
rum desuper factæ responsiones cum
alijs dictis ipsorum in actis redigantur.
Aliquando de inutilitate depositionum
protestat, etc. De his interrogatorijs ui
de infra in suo loco, for. etc. et etiam hic.
Et primo interrogari potest testis, an sit
nobilis uel plebeius, cuius aetatis, fidei
& famæ, etiam cuius status, an sit liber
uel seruilis, etc. De causa scientiæ, & un
de sciat aliquid ita esse, & quando illud
esse contigit, & utru fuerit præsens cum
fieret, scilicet cōtractu, uel simili, etc. aut
qui & quales cum eo fuerint, et quot nu
mero, Item de loco contractus, et qualis
fuerit

fuerit: utputa si domus, utrum fuerit sil-
gnea, uel lapidea, & in qua parte do-
mus. Item, an audiuerit, etc. à quibus,
& quales fuerint, utrū boni, etc. uel par-
tiales. Item si de fama interrogetur, quid
sit fama. Item de tempore, mense, die,
& hora. Item de forma contractus, an
fuerit purus, uel cōditionalis, & per quę
uerba celebratus. Item, si sub cōditione,
an conditio extet, uel fuerit purificata,
uel non. Item, de ulterioribus circum-
stantijs contractus, scilicet an solummo-
do fuerit promissa, & in qua moneta, ac
per quem, & in quo loco fienda, et sem-
per de cauſa scientiæ, de quibus not. c.
cum causam, de testibus, & per Specul.
eo. tit. §. iam de interrogatorijs. Nota;
duplicia sunt genera interrogatoriū.
unum ad deſtruendum dicta testium,
aliud ad fundendam intentionem inter-
rogantis, seu interrogatoria offerentis,
cum testis ſecundum aliquos deponere
debet pro utracq; parte. Licet tamen Io-
an. Andr. in Add. ponat & dicat, quod
interrogatorium non debeat continere
nouum

houum capitulū pro aduersario: utputa si testis producitur ad probandū mutuum, non debet interrogari de solutio-
ne, quia de ea speciales fieri debent arti-
culi, seu exceptiones. Primum adhuc di-
ctorum generum fit dupliciter, scilicet
ratione personæ, siue testis, ut quia uel
excommunicatus, instructus, subordi-
natus, suspectus, uel alia minus idonea-
us ad testificandum. Vel ratione dicti,
ut quia deponit contraria, uel uacillat,
uel non reddit ueram causam sui dicti.
De quibus et diuersis, uide Specul. in d.
tit. & §. de interrogatorijs, & etiam not.
in c. præsentium, de testib. lib. 6. & in c.
præd. cū causam. & c. per tuas, de testib.

Interrogatorijs copia non est dan-
da ppter timorē, subordinationē testiū,
etc. sed iudici omnino præsentāda, ut il-
lud prout op' fuerit moderari, & super
flua rei scere possit, etc. De interrogato-
rijs circa et cōtra matrimonij, posset in-
terrogari testis, utrū A et B cōtraxerint
matrimonij quis primo, et per quæ uer-
ba, et qualia sūt cōstituēta matrimonij,

utrum animo cōtrahendi, uel ludendi,
uel solatiose. utrum metus, uel coactio
interuenerit; an semel uel pluries itera-
rint contractum. utrum consensus ami-
corum interuenerit. Item quot annorū
fuerint contrahentes, utrum aliqua sub-
arratio fuerit subsecuta. utrū s̄teterint,
uel sederint, tempore quo, etc. quibus
uestibus induiti, etc. De interrogatorijs
super iure patronatus, interrogari po-
test testis, quomodo sciat aliquē esse pa-
tronū, & an ex fundatione, uel quomo-
do ius patronatus peruetit ad eum. Itē
utrum sit uerus hæres uniuersorum bo-
norum, à quibus ius patronatus depen-
det. Item quomodo acquisierit dominī-
um, uel hereditatis aut alio titulo, et qua
li. Item, utrum acquisitio fuerit licita, &
canonica. Item, quot annis fuerit in
possessione dominij, etc. à quo ius depē-
deat. Item, an ab eodem domino deden-
dus. Item, an fuerit in possessione nomi-
ne proprio, uel alieno. Item, quoties pre-
sentauit, & an pacifice & continue fue-
rit in possessione præsentandi. Item, an
tempore

tempore uacationis, etc. fuerit uerus patronus, & talis reputatus. De interrogatorijs super spolio, potest sic interrogari, quando & quo tempore spoliatus incepit possidere. Itē, quid sit possessio, & quanto tempore possedit, & quae requirantur ad possessionem. Itē, an possederit continue, & pacifice. Itē, proprio nomine vel alieno. Item, quo tempore fuerit spoliatus, & quibus modis, & formis. & an ut uerus vel meticulosus possessor extitit, etc.

DE PROBATIONIBVS FIENDIS,
& dilationibus desuper concedendis,
testibus producendis, et corrum dictis.

SI positiones & articuli negati furent, actor tenetur eos probare, i.ei qui ff. de probat. & vi. q. ult. actor. & danda est ei dilatio ad probandum. de qua not. de dilat. c. 2. Vna & peremptoria dilatio est danda, & non alia, nisi ex iusta causa, de quo Specul. in tit. de probat. in princ. & not. etiam in c. in causis. de testibus, in gloss. &c. ultra tertiam eo.

tit. Quanti spacij debeat esse dilatio ad probandum, uide not. 3. q. 3. §. spacium.

Testes sunt citandi, aut compellendi ad perhibendum testimonium: & aduersarius uocandus, ad uidendum eos iura re. iuxta c. 2. de testib. Iudex personaliter tenetur examinare testes, 42. dist. qui es. Sed quia onerosum est, potest examen committere notariis, tamen personis idoneis & honestis, de testib. si qui testium. & de test. co. c. 1. de cōf sang. & affin. c. 1. Et quid si testes egregie personæ fuerint, aut senes, uel in remotis degentes, uide d. c. si qui testium, & in Specul. §. qualiter uer. sunt autem testes. & not. etiam in c. constitutis, de fideiussi. in glos. antepen. & in c. statutū. de rescript. lib. 6. Aliquando articuli admittunt ad probandum in partib. et tunc decernitur remissio cum subdelegatione seu cōmissione examinis. & hoc dupliciter, quia aliquando in vim rescripti siue bullæ, aliquando in vim nudę, cōmissionis de quo in c. præsentium. de testib. lib. 6. Et quādo ulterius iudices remissionis subdelegare

delegare possunt, uide de re iud. cū Ber-
toldus, & uide Innoc. in c. quoniam cō-
stitutum. de proba. Dicit ibi Inno. quod
de tali commissione si fuit, tutum est qđ
iudex referat, et fidem faciat, & non no-
tarius, quia ei in ea parte non creditur.
In remissionibus potest dari facultas iū-
dicib. ipsius remissionis audiendi, reci-
piendi, & examinandi testes reprobato-
rios. de quo & clausula, quæ dicitur, Si-
gnificantes nobis quanta fides, etc. uide
d. c. constitutus. de fideiuss. in princ. Te-
stes iurare tenētur, nec eis remitti debet
iuramentum à partibus, ut in c. nuper.
& c. tuis, de testibus. & Specul. eo. ti-
tul. §. sequitur. Et forma iuramen-
ti habetur c. fraternitatis. de testibus,
in ultim. glos. De probanda autem
cōsanguinitate ad dirimendum matri-
monium, est specialis forma iuramen-
ti, de qua in c. licet ex quadam. de testi-
bus. Procurator in termino quo ci-
tatur ad uidendum iurare testes, po-
test excipere quæ uult contra perso-
nas testium, uel saltem protestari de-

excipiendo ante publicationem dictorum eorundem testium: quia post publicationē non potest nisi in certis casibus, scilicet si iurat, obiecta primitus didicisse, & non malitiose obijcere distulisse, de quibus in d.c. præsentium, de testib. lib. 6. Et de dicta protestatiōe uide c. ex parte, eo tit. Testes secrētē & sagaciter sunt examinandi, ut not. c. 2. eo. tit. in glos. De falso teste, & quod tribus personis sit obnoxius: scilicet Deo, cuius potentiam contemnit: Iudici, quem mentiendo fallit: et parti innocentī, quā falso testimonio ledit: habetur de crimi. falso. c. 1. Vbi etiā habetur, quod occultatio ueritatis & mendacium, seu depositio falsitatis æquiparātur: quia primus prodesse non uult, & secundus uocem desiderat. Notarius suadere non debet, nec inducere testem, ut aliquid certū dicat, sed solum querat in genere. de quo Specul. de testib. §. nunc tractandum. Item, dictum cuiuslibet testis est specificē extendendum; & nequaquam Notarius ponat, Testis in omnibus, & per omnia

mnia deponit, sicut talis, etiam si taliter cōcordaret & deponeret, ut not. de uerbor. sig. nihil obstat. Item, super principalibus articulis notarius non dicet, Testis interrogatus deponit, etc. sed solum dicet, Testis iuratus deponit, etc. Sed de & super cum conscientia, testis examinatus non dicet, testis interrogatus dixit, etc. de quo Specul. eo, tit. &c. §. nunc tractādum, uerb. aduerte diligenter. & uerbor. ut autem. Hæc plenius ibi tractantur, quæ & qualia sunt consideranda circa examinatorē, & quæ circa testes, & quæ circa ipsorum dicta. Debet enim attendi, an testis in dictis suis uacillet, uel titubet, uel cū trepidatione loquatur, & similia in actis seu dictis suis per notariū scribi. Testes sunt producēdi expensis producentis, in 6. c. statutum, de rescrip. §. penult.

DE ATTESTATIONVM PV-
blicationibus, & testimoniis repro-
bationibus.

AD publicationem attestationum pars est uocanda, ut si uelit, possit f 5 protestari

protestari in publicatione. de quo de re iudic. cum I. & A. & de modo publicandi, uide Specul. de testib. §. satis utiliter. in princ. Verum post publicationem testimoniū liceat ipsos reprobare, uel non, habetur in c. præsentium, de testib. lib. 6. et c. de proba, licet. Et reprobantur testes dupliciter, scilicet ratione personæ, & ratione dictorum. Ratione personarum, scilicet ob crimen, ut quia est latro, fur, raptor, infamis, seu excommunicatus, uel alias inhabilis: ut habetur c. testimoniū, & c. sicut nobis. Etiam propter suspicionem, quia est pater, consanguineus, socius, familiaris, affinis, uafallus, libertus, uenator, seu fideiussor eius qui eum producit, de quo 4. q. 3. §. item testimoniū. & de test. c. cum insuper. et c. cum nuncius, etc. Etiam quia impubes, uel furiosus, uel infidus, eodem titu. de testib. Iudei. & c. licet. In teste requiruntur generaliter septem, quæ in his uersibus continentur.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et foriuna, fides, in testibus ista requires,

De

De quibus etiam c. 2. de testibus. in
glos. Vtrum exceptiones legitimæ om-
ni tempore, & præsertim tempore pro-
ductionis testimoniū, sint contra ipsos recipi-
endæ, & statim probationes recipien-
dæ. Et si in omnibus casibus, & in qui-
bus non, uide c. ex parte, de testibus, in
glos. & innuantur, quæ mouere debent
iudicē ad admittendū exceptiones. Pri-
mū reprobatorij testes possunt per alios
testes reprobatorios reprobare, sed alte-
rius nō admittitur reprobatio. Versus,

*In testem testis, & in hunc, sed non datur ultra.
de quo in d.c. licet, de testib.*

DE EXCEPTIONIB. CONTRA
personas primo, et contra ipsorum dicta. etc.

Effectus exceptionū cōtra personas
testiū potest esse talis, qd testis fuit
periurus, & debet deducī modus & for-
ma periuri. Item, qd fuerit et sit adulter,
et talis reputatus, imò condemnatus, de
quo c. super eo, de test. Item, qd fuit cor-
ruptus precio, uel quod simpliciter fal-
sum deposuerit, reddendo causam, etc.
Item, quod sit leuis opinionis, suspectæ
uitæ,

uitæ, & sic de alijs, etc. ut suprà. quæ tam
men & qualia circa præmissa sint deduc-
cenda, & probanda, not. in c. licet. de
prob. &c. sicut nobis. de testibus. & ibi
signanter colliguntur sex exceptiones
contra testes. Prima est de conditione,
Secunda, de singularitate. Tertia, de ma-
la fama. Quarta, de leui opinione. Quin-
ta, de falsitate. Sexta, de corruptione.

Vtrum testis puniatur propter aliquid
sic obiectorum criminū, not. c. 2. de ord.
cog. Effectus exceptionum contra
dicta testiū potest esse talis, quod dicta
testium sint singularia, dubia, obscura,
etc. similiter de testibus, quod sint uarij
& uacillantes, negatiuamq; obtainere &
probare intendentes, nec causas dicto-
rum suorum scientiæ reddentes requisi-
ti, seu saltem malas & ineptas explican-
tes, in dictis suis euidentissime contra-
rij, non iurati deponentes, etc. Testes o-
mnino concordare debent. de testi. c.
2. unde Innoc.

Res, persona, gradus, hæc sunt cōformia, tempus.
Quando opponenti seu excipienti pre-
missa,

missa, aut alterum præmissorum contra testes, aut ipsorum dicta, incumbit probatio, & quando quæcꝝ, & qualia producenti, uide Ioann. Andr. in add. Specul. tit. de test. §. publicatis. Vtrum post publicationē testimoniū, seu ipsorum attestationem, quis audiatur allegans & excipiens falsitatem contra testem, uide cle. 2. de testi. & nota ibi in glos. Panor. qui dicit, quod sic, si opponitur cū corruptione. Contrarietas dictorum testimoniū intelligitur talis, quæ perduci non potest ad concordiam, & semper si fieri posset concordanda sunt, propter odiū perituriū. Per quem autem modū hoc fieri possit, habetur in c. cum tu. & in c. nostra. de testib. in glos. Quod reddenda sit uera causa scientiæ dicti alicuius testis, alioqui ualida exceptio, uid. c. de testibus. cum causam. Et interrogandus est testis secundum interrogatoria, si data fuerint, ut in d. c. præsentium, eo. tit. lib. 6. Semper examinator tenetur, etiā si per partem petitum non fuerit, interrogare testem de causa scientiæ, alioquis parti.

parti tenetur de interesse. I. si quando C. de testibus, in fin. maxime in foro pœnitentiali, si causa expressa non nocuisset, secus in iudiciali. De quo etiam Specul. eo. titul. § 1.

DE REPLICATIONIBVS MO-
dificis contra premissa, et illar-
um effectu.

COntra prædictas exceptiones po-
test replicari, testē criminosum de
crimine esse emendatum, ergo in civili
ad testimoniu[m] perhibendū admittendū.
de test. testimoniu[m]. Item infamēm suā fa-
mę restitutum. de re. iu. cum ab homine.
Item absentem, licet citatū, cōtumacem
tamen fuisse, etc.

DE PRODVCTIONE IVRIVM
et instrumentorum, et exce-
ptionibus.

SI testes non probāt sufficienter, aut
aliàs legítime intentionem actoris,
recurrentum est ad alia probationum
genera, quæ quatuor sunt numero ut
not, in c. cum ad sedem, de restit. spol. in
glos, et alterum huiusmodi generum est
produ-

productio iuriū, siue instrumētorū. Qui
bus igitur, & qualibus instrumentis fi-
des sit adhibenda, uide Specul. in tit. de
instru. edi. per totum. Excipiendum est
contra instrumētum productum, quia
si aduersarius citatus nihil opponit, ip-
sum instrumentum approbare uidetur.
de off. deleg. & not. Hostiens. in c. quo-
niā cont. fal. de prob. Excipiens non
debet deficere in probatione obiectorū.
alioquī puniendus, secūdum c. fratrem
de dol. & cont. maxime dum sufficien-
tem dilationem, & longam satis habue-
rit, ut ibi. Excipiendo reus fit actor,
& in eum transfertur onus probandi. l.
1. ff. de excep. Excipiūtur tamen aliquæ
exceptiones, scilicet non numeratae pe-
cuniae, etc. & alia, de quib[us] Specul. tit.
de except. §. uiso.

D E R E N V N C I A T I O N I B V S,

& conclusionibus.

Concludendum et renunciandum
est in causis, atque conclusio et re-
nunciatio in actis publicis redigenda;
de proba, quoniam contra. Idem sunt
renun-

renunciare et cōcludere, ut not. de caus.
poss. pastoralis. tamen textus in d. c. quo
niam. ponit ea tanquā diuersa, ita quod
per renunciationem renunciatur pro-
bationibus, & per conclusionem allega-
tionibus iuris; tamen si per renunciatio-
nem renunciatur probationibus, satis
æquipollet conclusioni not. in c. cum di-
lectus. de fid. instru. in glos. 2. Conclusio
& renunciatio causæ fieri debent, quan-
do status causæ id patitur, ita quod si ali-
qua partium haberet adhuc aliqua pro-
ponere, seu producere, assignandus est
ei terminus competens, saltem de æqua-
litate canonica, de quo Specu. de renun-
cia. in primo. et uide cle. sæpe, de uerbo-
rum significat.

DE HIS QVAE FIENDA POST
conclusionem, & de sententijs & interlo-
cutorijs ferendis.

F Acta cōclusione causæ, non est am-
plius locus probationi, præsertim
in prophanis, ut in c. cū dilectus. de fid.
instru. Iudex tamen interrogare potest
post cōclusionē, ex officio. ut c. cū Ioan-
nes, eo;

nies, eo, tit. Sed hoc faciet potius ad insta-
tiā partis, ut not. in c. pr̄sentia de pro-
bat. & c. per tuas. Dupliciter fertur sen-
tentia scilicet super incidēti & emergen-
ti. Quid autem incidens, quid emergēs,
uide c. i. de ord. cog. Sicq; duplex est sen-
tentia, scilicet interlocutoria & diffiniti-
ua. Interlocutoria qualis sit, uide cle. uni-
cam, de sequest. poss. in glos. & not, etiā
in c. i. de appell. lib. 6. Interlocutoria
sententia potest dici illa, quae fertur post
principiū & ante finem causæ princi-
palis, super incidentibus & emergenti-
bus quæstionibus, de quo de appell. si-
gnificantib. & de testib. significauit.
Sententia interlocutoria, si ab ea infra
x dies non appellatur, transit in rem iu-
dicatam, quo ad partem, sed nō quoad
iudicem, quando post ipsos x dies pos-
set eam reuocare. de cuius prima parte
uide c. cum dilectus. de elect. in fin. De
secūdo uero. c. cum cessante, de appell.
tibi tres species interlocutoriarum desig-
nantur. Nam quædam præparant, seu
ordinant litem; alia uero emergētia seu

g inciden-

incidentia in lite, decidunt; reliquæ aliquid dari, restitui, uel fieri, aut aliud æquipollens iubent. & sic interlocutoria mutari seu reuocari nō debet sine iusta causa aut uoluntate partis pro qua: alioqui locus esset oppositioni. de quo Specul. tit. de excep. §. uiso. Forma reuocationis aut mutationis interlocutoriae tractatur in c. Apostolicæ. de re iud lib. [6.] & not. etiam in glos. d. c. cum cessante. de appell. Et si iudex grauauit aliquem propterea appellantem ab interlocutoria, poterit respondere apostolis, secundum formam traditam in c. nisi similis. de usu pal.

DE SENTENTIIS

diffinitiuis.

SEntentia diffinitiva est, iudicialis diffinitio, cōtrouersiæ finem imponens, cohdēmnationemq; uel absolutionem continens, ut in l. i. ff. de re iud. Omnis sententia debet continere condemnationem, uel absolutionem, ut e. i. la. de accus. uel aliquod æquipollens, quod tantum ualeat, ut de uerb. sig. c. in his.

hīs. de quo etiā, & utrū sententia diffinitiua sit de actis causæ, uide Ioan. Andr. in addit. Specul. de sen. pla. in princ. & ibi uidetur tenere quod sic per c. cum æterni. de re iud. lib. 6. Pars est uocanda ad audiendum sententiam. de testib. cum olim. in fin. quia contra non citatum, aut non cōtumacem lata, nō tenet. not. de re iud. c. tenor, in glo. pen. Secundum aliquos necessaria est peremptoria citatio, ita quod in citatione ad audiendum sententiā exprimatur peremptorie. ut 24. q. iij. de illicita. Et secundum Ioan. And. in c. cum Bertoldus. de re iud. in glos. quarta. In hīs tamen excipiuntur causæ. in quibus procedi posset sine figura iudicij. de quib. in clem. sepe. de uerb. sig. Sententia diffinitiua secundum speculatorē, titulo de sententiae prolatione. §. qualiter, circa finē, debet sex continere, quorum tamen quartum & quintum non practicātur in Ro. cur. Primum est, & continere debet nomen iudicis, et ipsius intentionis qualitatem, scilicet an sit ordinarius uel delegatus.

g 2 Secun-

Secundum, nominalitigantium. Tertium, tenorem petitionis porrectæ. Quartum, substantiam processus, scilicet terminorum substantialium habitorum et obseruatorum. Quintum, uocationem partis, & an præsentes uel absentes, seu contumaces altera partium fuerit. Sextum ut suprà, condemnationem uel absolutionem, etc. Præmissa tamen omnia continere debet instrumentum sententiæ, absq; diminutione, etc. In sententia præponitur, seu etiā in instrumento sententiæ, In nomine domini, etc. & quare ponatur, 23. dī. in nomine domini. & de testib. in nomi. domini. & c. ueritatis, de dol. & cont. Et non debet dirigi neq; instrumentū, neq; sententia alicui, & uerba sententiæ debent esse præsentis temporis, sicut pronūciamus, etc. quia alias non facerent fidem, cum potius censem- rentur literæ testimoniales, & recitatoriæ præteriorum, quam assertionis p̄f sentiū de quo in Specul. de senten. prolat. §. iuxta. uer. & quod quidē iudices. & etiam not. in c. Apostolicæ. de re iud. lib.

lib. 6. Sententia sine expressione causæ lata tenet, tex in c, sicut nobis. et ibi glossa uerbis exprimitur. Ibi glossa querit, an iudex teneatur exprimere causam. Respondet, quod iudex potest apponere causam, quæ ipsum mouet. Si tamen nō apponitur, bene tenet sententia. In causa uero appellationis bene debet assignare causam, quare reuocatur prior sententia, ut per hoc prioribus iudicibus non imputetur, de fid. instr. c. cum

Ioann. in fin. de præiud. c.

cum olim. el. 2,

F I N I S ,

g 3

SIMONI RICH.
VVINO CLARISS. DO-
ctori Medico.

IVSTINVS GOBLER GOA-
rinus Iureconsult. S. D.



Ræclare mihi ab Isocrate
dictum uidetur, carissime
Simon, Malorum amici-
tias tempus exiguum dis-
soluere, at honorū ne omnem quidem
æui tractum extingue. Proinde cum
te non lateat, quæ mihi cū Pesserio ami-
citia fuerit, homine docto ac pio, eius e-
tiam post fata memorem esse me, nunc
cum istam de Mosellani uita lucubrati-
unculam euulgat typographus, mini-
memiraberis. Fuit enim ille proxima
post Fichardum occasio, cur eam scri-
ptionem tunc in Academia Treuirensi
suscepimus, auxerimusq; adiutus aliquot
epistolijs, quæ ob singulare in Mosella-
num studium apud se diligentissime re-
tinebat. Nunc uero cum occiderit Pesse-
rius,

sius, & nihilominus publicare hæc uellet Oporinus, equidem nihil repugnauit, quin utriusq; & demortui Pesseri, & superstitis Fichardi amantissimi memoriām hac editione apud te refricarem. Si mul ut hoc argumento etiam cognosceres, nos, tametsi longo interuallo abs te sumus, tui memoriam tamen firmissimam conseruare. Bene uale uir

carissime. Munda. Calendis

Maij. Anno M.

D. XLII.

g 4

PETRI MOSELLA,
 NI PROTEGENSIS VITA, CON
 tinens studiosi hominis imaginem, à Iustino Goble-
 ro Goarino Iureconsulto ad Doctorem
 Ioan. Fichardum aduocatum Franc-
 phurtensem, amicū sacerdoti
 mum conscripta.



E forsitan & ego, Ficharde do-
 cētissime, istorum morem aut se
 qui, aut probare uidear, qui ut
 aliquam rem suscipiant, alios
 quidem adhortātur sedulō, cæ-
 terum ipsi nihil, quo id pactō
 faciant, uel suggesterunt, uel subministrant, duxi
 iam te, ut alias, non solum admonere, sed & no-
 stro aliquo exemplo confirmare, ut quam in de-
 scribendis publicandisq; illustrium virorum ui-
 tis operam suscepis, eandē me hortatore urge-
 res atq; absolueres, Neḡ enim lychnum seu lu-
 cernam illam tuam eiusmodi pulcherrimi ope-
 ris, ut ardeat, emungam tantum, uerum etiam
 quodcunq; hoc olei, ut magis ardeat, infundam,
 exponendo tibi obiter ac transmittendo optimi
 & honestissimi viri Petri Mosellani Protegensis
 uitam, à me sanè his contrac̄tioribus horis leuio-
 riq; manu congestam uerius quam compositam.
 Quę si non forte indigna prorsus tibi uidebitur,
 ut Cata-

ut Catalogo illi atq; ordini inseratur, efficere poteris, ut & pro mea summa ac singulari erga illū pietate, & studio erga te meo incredibili, locus ipsi aliquis inter tuos deputetur. Quanquam in ea sum opinione, ut putem iam pridem sua uirtute ac meritis consecutum esse Mosellanū, ut uel metacente in celebrium virorum ac memorabilium numerum receptus sit, ipsumq; non solum ciuitate Romani Græciq; tanquam de se optime meritum ciuem donauerint ultro, sed nos Germani etiamnum propter liberalia eius beneficia nobis collata, memoriam viri uigentem ac florentem conseruare uelimus, debeamusq;. Neq; enim illo pacto ex monumentis illis post se relictis, obscura eius uoluntas ac studium uideri potest, in prouchendis amplificandisq; melioribus literis, cui tam nihil sanè ad eam rem, quam uitam longiorem ac fati benignitatem defuisse, dicendum, atq; dolendum est. Evidet in praesentia non omnino uerbis attollere, aut decantare illius laudes, quod meis uiribus maius quiddam, & ab alijs eloquentioribus iam antea summa cum gratia explicatum est, conabor, sed simpliciter tam nudā rem ipsam rudi penicillo delineare atq; ostendere contentus ero. Proinde sic habe mi Ficharde, natum esse Petrum nostrum loco humili atq; obscuro, in quodam Treuirorum ac Mosellæ pago, cui nomē Proteg, ad quintum ferē lapidem supra Cōfluentes tenuibus quidē ac plebeiae fortunę parentibus, honestis tamē atq; probatis moribus. Patri nomen erat Ioanni, matri

uero Catharinæ. Ex qua muliere sic satis fœcunda, liberos ille quatuordecim, quorum Petrus natu inter fratres erat minimus, sustulerat. Pater autem præter uinearum culturam, etiam tonstruam habebat, ac uulgò mercaturam seu propoli tam exercebat. Filij indole ac probitate comprimis adductus, ipsum studijs mancipare non cessauit, impendiaç ad hæc quantum pro facultate potuit, subministrare minime recusabat: quamquam is adhuc puer illo existente, è uiuis sublatu est. Quocirca res ista in uiduæ matris arbitrium ac uoluntatem delabitur, quæ cum puerum à schola ac literis abstrahere, & ad domesticas occupationes sordesç urgere ueller, adeoç sic remoratus aliquandiu Petrus, à fratre in Beylstein deniq; scho. ac studijs, redditur, Lucemburgumq; ubi puer triennium egit, mittitur. Verum cum indurum hominem, & plagiarium potius quam literarij ludi moderatorem incidisset, tanto tempore tamen sustinuit imperium, donec opportune per amicos Limpurgum est id oppidum Lanii) alegaretur, ubi tametsi commodiorem lundum nactus esset, tamen inopia laborans, facile Treuerim se reuocari transferriç passus est, funeturus forte in summa æde choraulis munere. Hinc non longe post Coloniam Agripinam Ioannis Schadæ auunculi sui Clotensis parochi beneficio, ac uiatico instructus mititur, sed ibi mox simulac prima artium libellum insignia adhuc penè puer acceptasset, in disciplinam ac familiaritatem doctiss. uiri Ioannis Cæsarei,

Cæfarei, qui tunc Coloniæ utramque linguam, hoc est Græcas & Latinas literas profitebatur, insinuauit, à quo & Chrysoloræ grammaticam, & Luciani dialogos aliquot hauriebat, atq; ita in eo studio feliciter progrediebatur, ut & Homerum, & alios quosque bonos authores summo ardore cognoscere laboraret, idq; uni Cæsareo acceptum ferret. Cui etiam postea ut præceptor ac parenti optimo (sic enim eum ipse appellat) quando Lippiam uenit, Aristophanis Plutū, quam publice prælegit Comædiā, in signum atq; testimoniū suæ erga præceptorem gratitudinis ac institutio-
nis, nominatim inscripsit ac dedicauit. Habebat porro Colonia præter alios uiros doctissimos atque notissimos, præsertim Hermannum Buschium, & Iacobum Sobium, quorum utriusq; opera tunc ea in ciuitate publico stipendio elegantiores Musæ tradabantur. Achorū quidem beneu-
lentia & obseruantia. Mosellanus nihil habuit uel prius, uel antiquius: eosq; quum bonarum literarum studio mire flagraret, diligenter au-
diebat, & obseruabat amanter, suiq; expectatio-
nem indies maiorem ac probabiliorem red-
debat, ita ut & doctissimis uiris illis conatus e-
ius profectusq; arriderent, & uotis expectatio-
niq; propinquorum per pulchre responderent.
Commemorari autem non abs re uidetur, Mo-
sellanum adhuc penè puerum magno iudicio
ramen & literas meliores sectatum esse, & quo-
rundam Sophistarum doctrinam contempsi-
se & abiecisse. id que etiam postea scriptis suis
cum ab amicis de mittendo iuuene ad scholam
consu-

consuleretur, manifeste testatus est, & declarauit
his uerbis: Probo uestrūm omnium consilia, qui
malueritis bonaē indolis iuuenes, huc, aut Vuitē-
bergam certè, omni disciplinarum genere floren-
tissima Gymnasia, mittere, quām istis Sophistis
perdendos permittere. Evidem sic sentio, uix
esse Germaniæ regionem aliquam, quæ si optimorū
studiorū cultum spectes, sapientissimo
rum principū meorum Ducū Friderici & Geor-
giū ditioni anteponi possit. Rursus tot putidos,
barbaros, ac pertinaces sophistas, quot istic re-
gnant, ipse multis Academijs lustratis nusquā re-
peri, ut satius esset illic nullam, quām talem uni-
uersitatem haberi. Expertus loquor, ut qui olim
penè puer in ea schola prima artium liberalium
insignia suscepimus. Sunt tamen & apud illos ui-
ri egregiè docti, sed ad gubernacula non admit-
tuntur facile, nisi qui sit adeo indoctus, ut præ-
ter tria quatuor ue argumenta ex Petri Hispani
copulatis deprompta nihil teneat. Hæc ille. Degu-
stata igitur apud Colonienses obiter, ut tunc tra-
debat, Dialectica, alioqui discendi ac docendi
magistra, iactoq; in Græcis literis, quas cum Latini
ex M. T. Ciceronis præcepto coniungendas
putauit, fundamēto, ad munus docendi compri-
mis inter æquales adspirauit: utilissimum sibi fo-
re ratus, si eorum quæ ipse didicisset, docendo a-
lios periculum faceret. Ea namq; ratione sibi eue-
nire existimabat, ut & alijs plus prodesset, & ma-
iorem sui profectus utilitatē eo ipso exercitatio-
nis genere consequeretur. In hoc igitur docendi
munere

munere cum illic inter æquales emineret, & iam florere inciperet, uiresq; fibi aliquas eruditionis non uulgaris comparasset, suas quidem inde extulit alas, & Saxoniam, Misniamq;, ubi illustrissimorum Ductum illorum clementia ac liberalitate meliora studia ergebantur, & efflorescebant, adiit, cultamq; Lipsiam uenit. Vbi primum inita cū Caspero Bornero, uiro in Mathematicis haud uulgariter uersato, amicitia adductus est atq; per suauis huius consilio & auctoritate Mosellanus ad suscipiendam conditionem, nauandamq; nouæ scholæ seu paedagogio operam, quod Ioannes Aesticampianus, grauis comprimis & eruditus uir, Freibergæ apud Lipsenses instituerat.

Qua in reilli cū haud grauate obsequeretur Mosellanus, summa cum laude istud ipsum profendi munus, ac omnium admiratione in utraq; lingua præstitit. Nec uero longe post migrare aliò, ubi & frequentia auditorum maior esset, et locus celebrior, cōstituit, cœperatq; iam eum mira quedam exterarum Acadæmiarum, atq; Italiae uisen-dæ cupiditas. Qua eius nimirum uoluntate perspecta, effectū est per amicos uiros ornatissimos, ut publicum ei docendi munus in Academia Lipsensi, ac stipendum ē communi ærario decerne retur, quod & illustrissimi Ducis Georgij gratia benevolentiaq;, & celebrium hominum cōmendatione, non difficulter impetravit atq; obtinuit: factumq; est, ut post Richardi Croci discessum, unus Græcæ linguae docendæ cum Latina pruinciam magno omnium applausu et congratulatione

latione sustineret, eamq; cum laude ac studentiū
protectu hunc in modum admiraretur, ut sta-
tim summis eius loci utriusq; lingua professori-
bus par, ne dicā superior haberetur. quā sic quo-
que ad decennium, adeoq; ad extremū uitæ diem
constantissime exequebatur. Erat autem initio
hanc potissimū studiorum ac uitæ rationem opti-
mo consilio ingressus penè puer, ut nihil precio-
sius tempore duceret, idcirco & noctis multū in
studia insumebat, & summo mane Homerū suis
contubernalib. enarrabat. Seruabat & hoc, ut an-
temeridianū tempus grauioribus studijs & Græ-
cis literis, pomeridianū leuioribus & Latinis da-
ret. Bis primū, aut etiā ter in die publice prælege-
bat: bis item, uel sæpius priuatim. Reliquū uero
tēpus omne lectioni, scriptioni ac stylo dabat, ci-
uilitati nonnihil relinquens. Theodori Gazæ grā-
maticæ Diomedis latinā coniügebatur: Aristotelis
dialectica pure, & multum diuersa ab illa sophi-
stica tractabat. Quosdam Platonis, Ciceronis, &
Plutarchi libros, ipsumq; Suidā, & Aristophanis
comœdias aliquot, mira dexteritate atq; facundia
auditorio suo proposuit ac enarravit. Isocratis o-
rationes quasdam, Demosthenis item, summo-
rum apud Græcos oratorum, enarrare interpre-
tariq; aggressus est, nō sine magna studiosorum
utilitate ac fructu. Verūtamen ne his tantum uti
prophanis authoribus delectari Christianus ho-
mo uideretur, Prudentium cōprimis piūm poe-
tam, cum Diui Augustini de doctrina Christiana
libris, Militem Erasmi, Ioannis Euangeliū, ac
illam

illam Pauli ad Romanos epistolam, aliaq; his nō
absimilia sacra diuināq; scrip̄a , publice explican-
da suscepit,cognoscendaq; dedit : maximi profe-
cto faciens atq; extollens diuinarum scriptura-
rum maiestatem,quas quidem suis ē fontibus po-
tius quam ex turbulentis quorundā riuulis hau-
tiendas esse putabat. Itaq; ad hoc studium theo-
logiæ deinde omnem suam operam & industriā
cōuertebat, adeoq; nomē illi dabant, ac uelut sum-
mam cogitationum suarum eō referebat, ut non
modo impensisime dilexisse, sed etiam rectissi-
mo consilio adiuuasse illud & excoluisse uidere-
tur. Ac ne in tantam præclarissimæ disciplinæ ar-
cem illotis, quod dicitur, pedibus, aut omnino te-
mere (quemadmodum hodie permulti faciunt)
ascenderet, omnes liberales artes, nobilissimamq;
linguarū cognitionē sibi ad hoc iam à teneris an-
nis comparatam , uelut in auxilium adhibebat,
supraq; Græcas literas etiā Hebraicæ lingue stu-
debat, atq; operam dabant. Ad quā rem domi suæ
sesquiannum alebat Bernardum à Goppingen
Sueorum oppido, iudeum baptizatum , quem
& familiarem suum uocare , & in priuatis nego-
cijs procuratorem ad patriam & propinquos
mittere non designabatur . Atque huius
theologici studij sui quemadmodum fructum
ipse tulit uberrimum Mosellanus, ita speci-
mina edidit, ac signa comprimis illustria , at-
que egregia . Etenim Basilij de uita Mona-
stica , seu solitaria , in quo utrunque & Phi-
liphum & Volaterranum nobili contentionē
æmulationēq;

æmulationemq; uicisse atq; exuperasse uidetur: nonnulla item Chrysostomi, utpote orationem De auaritia uitada: plura G. Nazanzeni Theologi, quem uirum Diuus Hieronymus præceptorē suum agnoscit, cuiusq; scripta sicut & ceterorum duorum in lectionem ecclesiasticam sunt recepta, honestissimo inchoato labore è Graco in Latinum sermonem conuertit, nimirum De duplice Christi generatione orationem, ac libros quinque de Theologia, quos ita uertit, ut ob id laudis plurimum & gratiae ab eruditis omnibus, præsertim sacræ Theologiæ candidatis emeruerit ac reportauerit. Admonitorium quoq; seu Regiam (ut apud Græcos nominatur) schedam Agapeti Diaconi ad Iustinianum imperatorem, atq; alia non nulla. Inscriptis eas quidem uigilias suas, ut dignum erat, summis ac maximorum ordinum uiris, à quibus etiam talium meritorum ac officiorum causa unice adamatus est, & muneribus amplissimis cohonestatus. Basilij Magni opusculum de Vita solitaria, illustri Domino Adolfo Mersburgensi Episcopo, principi Anhaldi: Chrysostomi concionem aduersus auariciam, generoso Sigismundo Lobdouicæo, & Hassistenio Baron: Grégorij autem Nazanzeni libros quinque de theologia, Reuerendissimo Domino Richardo Gryffenclaw Archiepiscopo Treuirense, ac principi Electori, Meccenati meo meritissimo, Quam ipse traductionem omnino talem fore ratius est, sperabatq; ut ea et delectari & iuuari possent sacrarum literarum studiosi. Tum et promittetbar;

iebat, literis ad Ioannem Scheckmannum monasterij prædicti cœnobitam, singularem amicum datis, se ubi per ocium liceret, non grauare illistrissimi huius scriptoris panegyricū quoq; quo iurum sanctissimum Athanasiū pro meritis laudauerat, in latinum sermonem trāspositurū esse: idq; cūm in utilitatē publicam, tum uero cōpri mis in Treuirorū gratiā, ut quæ urbs merito gloriari possēt, quondā tantum ueritatis propugnato rem hæreticorū sequicia exulantem, Athanasiū, hospitio suo acceptū fuisse, idq; per Diuum Maximinū, suum Archiepiscopū. Ac huius quidem Panegyrici inscriptionē nominatim se dare promiserat reuerendi Patris & Domini Vincentij eiusdem monasterij Abbatis tanquam Patroni sui singulare erga se beneficentie, à quo honorifice quoties Treuerim ueniebat Mosellanus, hospitio exceptus est, & tractatus humanissime. Quem ob id etiam eiusdem in literis ut plurimum cōmen dabat, prædicabatq; his uerbis: Quoties cogito (inquit) quām ille propenso erga homūtionem hunc animo sit, quām apertis indicijs hunc declarit, toties me, qui hac tenus nullo officio tantæ benignitati respōderim, non possum non ingratiudinis damnare. Debeo illi fateor, ac debeo quantum soluendo uix esse queo: at quantum queo, breui dissoluam. Sed horum operum præstantia ac magnitudo me tamen non deterret ab enumeratione aliorū, etsi in speciem fortasse minutiorum ac leuium, sed non minus quām illa et laboris & ingenij indigentiu, cuiusmodi est nobis

h^r lissimæ

lissimæ illius orationis Isocratis pro Pace uersio,
Aphthonij item, & Lucanicorum dialogorum
Charontis & Tyrāni, Apologiae item pro ijs qui
in aulis principum degunt, traductiones. Quæ
sanè græce pariter & latine linguae peritis aut
bus tantum abest ut displiceant, ut sint qui pu
tent idem argumenti non posse tractari latinus.
Ad hæc quasdam non protritas, aut uulgares O
rationes conscripsit, ac habuit ipse in florentissi
ma tunc Lipsensi Academia, quæ ab hominibus
doctis mirifice probantur & adamantur: uideli
cet Pro linguarum studio & utilitate contra bar
baros, De cōcordia in scholis publicis retinenda,
deq; ratione in re theologica disputandi. Nec pr
terea fugiunt studiosos reliqua illius, et si tenuio
ra, tamen eius generis scripta, ut facile eiusdē au
thoris esse appareant: nimirum Annotationes il
læ in Fab. Quintilianū, & Aul. Gell. Figurarū ra
bulæ, Pædologia, Rhetorices progymnasmata,
Annotationes in Dionysiū cosmographū, Re
cognitio operis Claudiani Mamerici de statu ani
mæ, & quæ uel à magnis haec tenus desiderata da
rurus erat plura & absoluitora, uir optimus iux
ta ac diligentissimus Mosellanus, nisi ante diem
è medio nobis fuisset fati manibus proh raptus
auaris. Erat enim ingenij ui longæ fœcundissima
ac fœlicissima, intelligendi acumine perspicu
cissimo, memoriae mira quam uelocitate, tum te
nacitate, ad hæc industria quadā natua, animiq;
uiore tanto præditus, ut nihii exhorteret, nul
lum labore defugeret, nullumq; periculū adire
recusaret,

recusareret, quin ea mente ac prouitate cū erga me-
liora, quæ uocantur, tū maxime sacra studia mira-
bili atq; alaci, ut ea sanè (si quis aliud propagas-
set quam latissimè ac felicissime. Habebat ad hoc
quæ uidebantur necessaria cōprimis & aperte, ferē
conquisita omnia, meliorū literarum ac lingua-
rum abstrusiorem ac solidiorem, non illam uul-
gi scolorum, cognitionem, dicendi & interpre-
tandi singularem facultatem & gratiam, miram
uerborum copiam, sententiarum grauitatem &
pondus, præterea amabilem dictiōnēm, puramq;
ac elegantem phrasis compositionem, quæ uel
ipsa lectorem allicere ac detinere posset.

Tum & uita uiri talis fuit, ut eius scriptis mul-
tum adderet authōritatis. Ac tanta quidem orbī
terrarum, præcipue Christiano, bona affatim &
cumulate conferre potuisset unus Mosellanus,
ni fato ineuitabili, ac planè immaturo, quod
optima ferē statim rapit, ac subtrahit, secus ui-
sum fuisset. Itaque tantū uiri occasum ami-
ci, & docti uiri omnes, præsertim uero disci-
puli (quorum nobilissimum catalogum, si
non breuitati magis quam prolixitati studerem,
hoc loco recensere possem) dolentissimè fere-
bant. Erat autem ea comitare Mosellanus, eo in-
genio candore ac modestia, ut facile quemuis
in sui amorem pelliceret: nec de suo erga illos
quos semel complexus erat, animo quicquam
immutabat. Fuit item ut ingenio eximio,
ac pene diuino, ita quoque moribus honestis-
mis, probatissimis, & integerrimis, purissi-

mæcē ac caftissimæ uitæ: ex quo uisus est uerā, ut Iureconsultus ait, philosophiam profitari simul ac præstare. Vnde etiā facile factum est, ut si quæ, uelut cœloris præstantia, robur, forma, natalium splendor, opes atq; diuitiæ illi deesse uide rentur, in eo minus requireres: cū & hæc à priscis philosophiæ studiis propemodū neglecta sint, & non in ueris bonis habeātur, neq; unquam ob ea quisquā fuerit melior existimatus. Quamobrem ingressus est eam potissimū (ut dixi) studiorum rationem, atq; acerrime sequutus, quæ uide batur esse & libero homine dignior, & cæteris omnibus multo quietior atq; tranquillior, eorum uidelicet, quæ omnibus sæculis iucundissima pariter ac liberalissima habita sunt, & multiplicem utilitatem ac fructus uberrimos generi humano conferre solent. Erat imbecilliori corpore, ac late ribus (ut uidebatur) non satis ualentibus, statuра breui ac humili, uoce debili, magis sonora, acuta tamen, facie subsusca, cæfioq; (quod de Minerua Homerus prædicat) aspectu, subcrispo & nigro admodum capillo, ingenio omnino graui, et quidem præter æratem canescente: ex quo etiam accidit ei id, ut ætate ante tempus ingrauescente atq; affecta esset. Somno parcissimo, nec cibo, nec potioni unquam indulgebat, circa uenerea & uoluptratem continentissimus: ut cuius hic pythagoræ uersiculos semper obstreperet auribus, rāsphōs μεταφόρησα, καὶ θωνού, καὶ φιλέτου. hoc est, ut doctissimus uir Hermolaus Barbarus uertit, Venter, pluma, uenus, laudem fugienda sequenti. Nullum

Nullum homini otium, nulla cessatio, nulla laboris prolixa fuit remissio, seu intermissio. Sermonis atque colloquij suauissimi, qui neminem tedium aliquo adficeret audiēdi. De studijs ac pietate, creberrime simul & grauiſſime disputabat. Optimos quoſq; & Græcos & latinos authores, nulla habita pecunia aut ſumptuum ratione, maxime ex Aldinis typis, ſibi multo ære cōparabat. Quotquot autem librorum congeſerat, ita perlegit, ut multa signaret, plura ediferet, nonnulla etiam deſcriberet, indicant hoc hodie quidam illius codices. Metaphorarum quidem, ut obiter etiam id indicem, inter legendum obſeruantifimus, eorūq; ex Cicerone, alijsq; optimis utriusq; linguae authoribus, iustum uolumen editurus erat: id quod & ipſe in figurarum tabula poilicitur, et ex annotariis in frontispicio ac marginibus quorundam codicū ſuorum animaduerſimus. Nam & eruerat non parum multa ex uetus & probatis scriptoribus, quæ ad communis patriæ, & Treuerici ſoli antiquam gloriam illuſrandam facere existimabat: quæ unā cum illo, quia nūquam apparent, intercidiffe Treuerici nominis ſtudiosi ac fautores merito dolere poterūt. Quantum enim hinc ad ipsorum commendationem & laudem, quamq; honorificum fuifset, à tali ſcriptore res eorum illuſtrari, nemo ut arbitror, iuerit inficias. Commoneſecerat tamen eiusinodi argumento, atque instigauerat etiam priuatis literis Scheckmannum, ut ea de re ipſe quoq; cōquirendi in ueterioribus apud Treuiros bibliothecis, ac

h 3 describendi

describendi operam sumeret, si quid tale forte reperiret. Fuit & uoluntas Mosellano singularis, atq; cupiditas, apud Treuiros tanquam in patria uiuendi ac commorandi, si qua ipsi oblata fuisset commoda ac tolerabilis pro suo statu conditio: quemadmodū non obscure suis ad amicos quo: dam indicauit literis, tunc potissimum, cum nec dum principis Georgij & amicorum, adeoq; totius Acadēmiae Lipsensis beneficio ac studio summo arctius deuinctus esset. Ceterum à nulla re tam abhorrebat natura, quam à turbis & rixis: placida ac quiera adamauit ingenia, cādidos mo- res & uerecundos ualde probauit, nulli obrecta bat, in neminem inuehebatur, aut acerbius stilū acuebat, uel laceſitus. Vnde etiam nihil eque ab horrebat auersabaturq; atq; mutuas huius ſeculi doctorū hominum criminaciones, et ceu mutuas dilaniations. Denique nihil exoptabat magis, quam & se ab eiusmodi morbo præseruari, pla- cidaq; que posse uitam ducere, ac publicae tran- quillitati (quod quis facile ex ipfius ad illustriss. Ducem Friderichum Saxonie Electorem literis intelligent) consultum esse. Itaque pacis artes & alumnas, boq;as literas, propensiſſimo ani- mo ac studio ſemper complexus est, ac dolebat ihs quosdam non niſi ad rixas & contentiones excitandas fouendasq; abuti. Meliorē igitur multo probabilioremq; cum priuatorum ſtu diorum ſuorum, tum publicarum literarum ra- tionem iniit, quæ quum priori ſeculo ualde ia- cerent neglecta atque oppræſſe, eſſentq; pauci qui

qui dignā illis manū operamq; adhiberent, sum
mis uotis ac laboribus eō contendit, ut pro sua
uirili non uulgare quiddam illis contulisse vide-
retur. Itaque cum ob id etiam multa esset à
pueritia, & teneris (ut aiunt) unguiculis perpe-
sus atque perfunditus aduersa, breui scholam Li-
psensem ita instruxit ac informauit, ut uerae &
germanæ eruditionis quasi publica officina exi-
steret, in qua & ipse facile esset honoratissimus
uirtutis ac literarum ergo, & omnes bonæ artes
ac disciplinæ seu nouo quodam & iucundo uere
essflorescerent. Siquidem in ea schola ipse se
talem gerens, sacræ Theologiæ laurea, insignijs-
que statim decoratus est: ex Principis tamen at-
que amicorum iudicio & uoluntate, impulsuq;
potius, quam sua, ac Collegiatura quidem (ut
uocant) maximi collegij est hæc dignitas in Li-
psensi uniuersitate summa & perpetua, singu-
lis annis supra centenos aureos una cum certa
domo pendens) ornabatur. Denique suffra-
gijs etiam omnium, magnoq; consensu totius
Academie rector ac moderator iterum legeba-
tur ac designabatur. In cuius quidem mu-
neris simul ac Mosellani dignitatis commen-
dationem honorem & gratiam conscripsit, ha-
buitque publice sermonem Panegyricum ele-
gantissimum Doctor Henricus Stromer Aur-
bachius Medicus, quo tales honorem illi gratu-
abatur publice. cui uicissim diserta oratiōe Mo-
sellanus, de concordia præsertim in scholis pu-
blicis tuenda respōdebat, proq; gratitudinis vice

ac benevolentiae mutuae significatione festiuissimi
mi pariter & acutissimi Luciani Apologiā illam
w̄pi t̄w̄ īw̄ p̄iōd̄w̄ ovyw̄rt̄w̄, hoc est, Pro ijs qui in au-
lis principum degunt, in latinum a le sermonem
conuersum dedicat. Quanta uero cura, pruden-
tia, atq; industria hoc scholasticū munus illo tem-
pore amplum satis ac difficile obierit, qualemq;
se in eo magistratu gesserit, prolixum iam fuerit
narrare. & satis hoc declarat, quod alium optare
meliorē ac commodiorem illo tempore Lipsen-
sis Academia non potuerit. Ex qua permulti sa-
nè ornatiissimi atq; doctissimi prodiere uiri, suū
etiamnū p̄aeceptorē agnoscētes Mosellanū, inter
quos facile primas & merentur & obtinet amplis-
simus uir & clarissimus, Dominus Iulius Pilug,
p̄epositus in Zeutz, ac summæ ædis Mogunti-
ensis Canonicus, qui singulari quoq; pietate ac
dilectissima oratione p̄aeceptoris sui charissimi
funus prosecutus est. Ex eadem schola prodij
quoq; nobiliss. iuuenis Christophorus à Carlo-
witz, tanta dicendi arte laudeq; p̄æditus, ut faci-
le Mosellani discipulum agnoscas, cuius quidem
beneficio Laur. Vallæ Antidotos libros multo
quam antea correctiores, sibiq; ipsis plenissime
restitutos habemus. Atq; huius similes permul-
tos alias cum equestri ordine, tum dicendi facul-
tate ornatiissimos iuuenes (à quorū nominibus
iam lubēs abstineo) Germaniæ nostræ dedit Mo-
sellani institutio ac eruditio, qui nimurum eam ui-
tae atq; studiorum rationem iudicauerat esse opti-
mam & p̄æstantissimam, quæ rectas disciplinas
cum

cum honestis moribus ac uitæ innocentia copulareret, quemadmodum eleganter ipse in epistola ad reuerendum patrem Martinum à Lochau testatur, his uerbis: Deum, quem nihil latèrē potest, mihi aliquando animam agēte, & cum morte luſtati propitium adesse nolim, si non iam inde à puero non sine summo animi domandi labore, nihil rā caui, quām ne alicuius uel lacesentis famam mordicus arriperē. quin omnibus que mihi non adeo cōtemnenda, si anniti uoluissem, contigissent, posthabitis honoribus, copijs familiaribus, ac communib[us] humanae uitæ uoluptatibus, hoc unum sum subsecutus, ut optimi cuiusque ac doctissimi calculo probatus, tandem mentem disciplinis his elegantioribus à mundi sordibus repurgatam, Christo Iesu uerē sapientiæ fonti diuinæ doctrinæ scatebris irrigandam supplex offerrem. Hoc interdiu cogitaui, hoc noctu somniaui, huc manibus pedibusq[ue] contendi, huc omnibus aspiraui uotis, in hoc ocium & negocium omne collocaui, ac deniq[ue] omnes ingenij neruos intendi, uidelicet ne desit, quod Euāgelico illi diuiti rationes suas olim explicāti, pro talēti quantulicunq[ue] mihi crediti usura rependere possim. Nullus alias uitæ meæ unquā fuit scopus. Nam si ad uoluptates, ad opes, ad honores, ad potentiam anhelasse, longe alia uia fraſsem ingressus. Nec operam hic lusi omnē, nec caruit successu conatus. Hæc de se ipse. Quam quidem uitæ atq[ue] studiorum rationem ac modum, quum Mosellanus sedulo promptissimoq[ue] animo cūm docēdo

tum uiuendo sequeretur, breui tempore eam famam apud optimos ac reputassimos quosque viros, tantum nominis famæq; quantum ferè alius illa ætate nemo consequutus est. Cœperunt eum maximi quiq; principes ac præclarissimi uiri ob singulares illas ac raras uirtutes impensis amare, ac beneficijs maximis prosequi. Richardus Treuirorum antistes, ut aliquando Mosellanum in patriam reuocaret, præter literas, quibus ipsum honorifice iuxta ac amanter saluat, etiam per clarissimum uirum Doct. Henricū Dungin utriusq; iuris atq; adeò bonarū artium cum scientia tum usu instructissimū atq; dignissimū cancellariū, centenos aureos offert annuos, si assentiretur Treuerim ad docendū cōmigrare. Albertus quoq; Cardinalis, & Mogūtinensis Archiepiscopus, suam propensam in Mosellanū uoluntatē suis & ipse literis quam amantiss. scriptis abunde ostendit in quibus item non parū generali Lipsensi studio gratulandū censeret, quod hoc rectorē talem naētū esset, qui cōsilijs, eloquētia, eruditio, ac uitq; sanctimonia polleret, ut ipsius principis uerbis utar. Dux Friderichus Saxonie Elector, quanquā in cōmune omnibus eruditis mire faueret, tamen quam non uulgari esset erga Mosellanū fauore, quamq; Isocratis de Pace oratio ipsi dictata grata esset, & literis suis indulgentissime scriptis, & munere uestis luculentæ declarauit. Eas autē, quia breues sunt, & Laconicæ, ceu magnificū tanti principis iudicij testimoniu, subiecte libuit. S. Nominib. multis placet nobis,

Petre

Petre Mosellane, oratio Isocratis de pace amplectenda, belloq; fugiendo, à te traducta, nobisq; nūcupatim dicata. Gratiam igitur tibi habemus, pro ista tua opera & industria. Dignū enim arbitramur opusculū, quod non solum multi legant mortalium subinde, sed etiam moribus reddant. Quā uero tibi mandauimus emendā undulatā, non tam renumerationis istius esse laboris uoluimus, quām nostri de tua eruditione & eloquētia iudicij testimoniū. Nā ut te & studia tua, ita quos nobis cōmēdasti, bonos & eruditos homines, gratia prosequemur. Datum Aldenberga. Calend. Ianuar. Anno M. D. XX.

Porrò Georgiū & ipsum Saxoniæ Ducē, Mosellani præcipiuū Mecçnatē, sibi quoad uicturus erat honestū otii, cum uictu & amictu, domo, librīq; prospexitse; adhac supra trecentos aureos paucis annis salariū uice adieciisse: præterq; illud salariū collegiaturā quoq; maximi collegij, ut su prā ostendimus, cōtulisse, suomet scriptio attestatur. Huic ergo (inquit Mosellanus) omnis mea opera nauatur, huic ingeniali huius agellus omnem prouentum debet: huic paret Lipsia sedes mihi satis iucunda: hic paratus est, si magnopere cupiā, fortunas meas augere. Sed satur penè sum ambitionis, & iam dudum senum more quietem mihi circūspicere incipio. Video plerosq; omnes quāto plus habeāt, tanto pluribus egere. Ita uitā meā instituere certū est, ut quām paucissimis egeā. Id fiet frugalitate, animiq; moderatione. Cui corradā diuicias, qui negū uxorē, negū liberos post me

post me sum relicturus. Hactenus ille. Cæperant eius lucubrationes passim ab omnibus sic legi, sic adamari, ac in manibus haberri, commēdarīq; & comprimis à summo illo & maximo non unius tantum sœculi uiro, ERASMO ROTERODAMO, ut & hunc mira uidendi Mosellani cupiditas intesserat, & hæredē etiam sibi, ut quidā putat, scripturus esset, si parvissent animæ fata superstitione. Percharus erat Philippo Melæchtoni, charus Eobano Hessio, charus Ioachimo & Micyllo, celeberrimis huius ætatis & incomparabilibus literarū heroibus, qui Mosellanū & in uita dilexerūt plurimum, & post obitum honorificentissimis officijs ac sententijs suæ benevolentie uelut amplissimis testimonij, quæ publice extant, decorarūt, & dolentissime prosecuti sunt. Neque his solis rāmen doctis uiris cognitus aut dilectus extitit, quinimò ea ætate fuisse neminem in toto Christiano orbe eruditione celebrē existimo, qui Mosellanum non magnifecerit, paucissimos qui per literas appellare et amanter salutare neglexerint. Sic enim & ipse fatetur in epistola quadam, sui alioqui modestissimus deprædicator, eruditos plerosq; undiq; ex Italia, Gallijs, Hispanijs, Germanijs, Anglia, Polonia, Bohemia etiam, ad se subinde scribere, suamq; optare amicitiam. Mortitur autem in ipso propemodum ætatis flore Mosellanus, immortale literatorum hominū deus, uix annum alterum & trigesimum egressus, cum iam iterum rector & moderator florentissimæ Lipsensis Academiæ fuisset, morbo atq; languore.

guore admodum diurno, qui ipsum planè debilitarat, cōfeceratq; longa uigilia, nec nisi paulo ante emigrationem quiescere paululum atq; dormire sicut absemptus, à quo deinde somno expperfectus statim animam exhalauit. Itaq; factū est, ut cum forte fortuna Philippus Melachthon peregre Lipsiam reuersus, Mosellanum suum inuiserit, ac ueteris amicitiæ nomine salutare uellet, uita defunctus nunciaretur, suo profecto & aliorum bonorum uirorum summo & acerbissimo cum dolore. In cuius quidem beneuolentiæ atq; amoris significationem & testimonium, pro epitaphio Philippus elegantissimos hos inscripsit uerificulos Græcos,

μάται τρόπι τάφω μέτρος πολέμου μοσιλλά
τεύνοντι ξύφη, ρύτωρ δε πολι θείας έπη.
τῷ μακρύντι βίον, γῆρας τε φθόνος ποδενέν,
Αὐτὶ δὲ ἀεβεστὸν μοῖρα ἀπίστυνε κλέος.
ώστι δὲ μηνοθάλαττος ηγετος τοποίστι μετέροι
ηγετοίστιον οὐν δέρπη γῆρας ἀμειψι διός.

Alij quoq; uiro optimo Mosellano iam defuncto officia suæ erga illum pietatis & obseruantiae testificari sunt, nominatim Eoba. Hessus, et Iacobus Micyllus uir ad unguem factus, elegiaco epicedio: Ioachimus item Camerarius græco & latino epigrammate, Ioannes Muslerus Ottingensis oratione funebri. Denique ipse Dominus Iulius Pflug, perennis ille Mosellani amicus, præter suam illam funebrē orationem & disertissimam, & ab omnibus eruditis commendatissimā, etiam pro aris

pro aris templi Divi Nicolai Lipsiae monumētū
tum in præceptoris sui charissimi sempiternā mē
moriam extrui, atq; in æs incidi fecit hoc carmi-
ne, quod equidem nuper Misniam & Saxoniam
peragrans describēbam.

D. O. M.

Conditus exiguō iacet h̄ic sub marmore Petrus.

*Nobile cui nomen clara Mosella dedit.
Attica quo primum h̄ic audita interprete lingua;*

*Cum docuit Graio Teuphonas ore loqui.
Et Latīc ueterem lingue reuocauit honorem,*

*Natiuumq; illi reddidit arte decus.
Illiū eloquium uiuo Cicerone probasset*

*In medio quondam Roma diserta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula Christi,*

*Et sanctis studijs consona uita fuit.
Ipse sua uiuens quod s̄pē uotisq; petebat,*

In gremio ut uiuat, da bone Christe, tuo.

IULIVS PFLVG PRAECEPTORI

charissimo F. C.

Hæc testimonia, Ficharde, atq; elogia publi-
ca clarissimorum hominum de Mosellano no-
stro tametsi magna sunt fateor, tamē nescio quo
pacto mihi adhuc inferiora esse quam pro eius
meritis uidentur. Qui uir sanè præter nobilem
illam pulcherrimarum uirtutum possessionē, su-
pra uariarum linguarum cognitionem & orna-
menta, omniumq; liberalium artium mirabilem
doctrinam, tanta quoque innocentia fuit, ut ne
quidem

quidem iniquissime lœsus lacesitusq; quandoq; illatam iniuriam amarulentius rerulerit, seu vindicauerit: sed propemodū nescius etiam doctiss. & nobiliss. suæ illius innocentia, quam omnibus triumphis uictorijsq; antereferebat, aduersus Iacobum Latomum theologum Louaniensem patrones ac propugnatores habuerit Erasmus Roterodam. & Petrum Suauenium equitem, ne quos alios eius amplitudinis & gloriae defensores recenteam. Exemplum igitur tanti uiri imitentur omnes, præsertim mansuetioris Musæ sectatores, ne non modo ad quaslibet calumnias non rapiantur statim, uerum etiam illatam iniuriam patienti & quoq; animo excipere ac ferre assuescant, cum & innocentia suus honos decelle non possit, & liberalius ubique habeat ferre iniuriam potius quam propulsare, ne dicam inferre.

Proinde cum iam alias, quem cum Mosellano, ut pace omnium dixerim, circa impudentiam componas in hisce regionibus, uix sacerulis iam aliquot extiterit quisquam, minime committendum fore arbitratus sum, ut incomparabilis uiri memoria & recordatio non mihi tantum, sed omnibus qui sacra literarum studia colunt, non sacrosancta habeatur. Te autem, mi Ficharde, cum id animo tecum agirares, atq; ita nuper me coram instituisses, ut laudatissimas quasq; doctissimorum uirorum uitias, præsertim qui superiori ætate, & post renatas literas floruisserent, conquireres, in studiosorum iuuenum utilitatem & exemplū publicandas, precor, ut si hanc lucubratiunculam

128 PETRI MOSELL. VITA.

tiunculā aut Mosellani nomine fortassis, aut tuō
fauore indignam arbitreris, eam nequaquā cho-
ro illi tuo inferas, sed qua digna est perire, & in
spongiam incumbere patiaris. Sin autem hæc uo-
luntas tibi, hoc officium meum non obscurum
uidebitur, ac forte probabitur, fac te quidem ipso
teste hoc me debitum Mosellano præstisſe, cetera-
ri etiam mortales cognoscant. Vale uir clā-
tissime. Datum apud Treuiros,
Calendis Martijs. Anno
M. D. XXXVI.

D. IVSTINVS GOBLER GOA
rinus D. Nicolao Pessero Treuiro
Salutem D.

Quam uerum sit illud quod Graeci dicunt, *αντερησθαι τιμων*, hoc est posteriores cogitationes sapientiores esse prioribus, uel hac Mosellani uita describenda comperi, charissime Pesseri: quae nuper in gratiam Doctoris Fichardi clarissimi et amantissimi uiri, cum is quorundam celebrium uirorum uitas superioris etatis colligeret, subito congesta, abste de multis postea, quae me tunc scribentem latebant fugiebantque admonitus, ad alteram hanc cogitationem operamque te postulante redij. Tua enim erga Mosellanum pariter, et ea studia, quae ille summe dum uixit, excolluit, pietate conservata sunt plerique eius uiri epistole: que si intercidissent, contentos oportuit esse tumultuaria illa qualicunque descriptione nostra. Nunc autem quum tu liberaliter illas mihi communicas, simul ac humaniter rogaris, ut quae alicubi ad maiorem nominis commendationem et illustrationem facere existimarentur, prioribus adjicerem, culpan-
dus essem multis modis, ni tibi aequissima postulanti parerem. Itaque lubes quum Mosellani ipsius quidem, tu tua, mi Pesseri, causa ad hanc opellam altera abs te, cum auctarioli uel accessionis uice, me pertrahi passus sum, quum et prius illius, ac optime de melioribus stu-
dijs meriti manibus id debeamus, et te mihi familiari, sumum fidelissimumque esse publice etiam testatum ue-

E P I S T O L A.

lim. Vix enim in hac tota ciuitate suauorem te amum
cum habeo, à quo mihi plus solatijs, quoties ex curis il-
lis domesticis, & tedium publicæ lectionis fatigato
expatiādi facultas datur, capere liceat. Moribus enim
es facillimis, humanitate præcipua cum satis exculto
literarum cognitione, & quod maximi ego facio in
amicitia, candido ac siro (quod r. trum quidem est hoc
tempore) ingenio, adeoq; mihi propenso ac fauente
animo, ut quoties ad te uenio, singulari aliquo gaudio
& alacritate prope gestire uidearis. Ob quam be-
nevolentiam & candorem tuum, bonaq; ingenij do-
tes, fateor & mirificè me tibi deuinctum: & quod à
me tibi denegatum uelum, nihil esse. Facis autem hu-
manissime, quod Mosellanus etiam nunc diu fatis sub-
latum, peneq; obliuioni traditum, ad posteriorum me-
moriā reuocari cupias nostra opera. Fuit enim is
uir singulari uoluntate ac studio cum in R. patrem
Vincentium olim Ablatem uestrum, tum in totū hoc
monasterium Diui Maximini, quod sepe literis ma-
nu sua scriptis, et in hunc usq; diem abs te reseruatis,
declarauit. Vale, & te Mosellanis studijs, hoc est op-
timis, frequenter oblecta. Datum apud Treuiros, Idū
bus Auguſti. Anno M. D. XXXVII.

IOANNES LANGVS SILE

sius Andreae Vinclero suo,

S. D.

Quod à me amanter nuper ex fraternè petij-
sti, Andrea humanissime, quum ad te libellus
Ioan. Apelli Norinbergens. Isagogam in Institutiones
iuris civilis diui Justiniani Imperatoris Rom. conti-
nens, per honestum uirum Erasimum Pohel ciuem
Vratislauiens. communem amicum nostrum, ab ipsa us-
que Norinberga allatus esset, & tu de editione eius
deliberares, ut ipse libello perfecto, iudicium de eo fa-
cerem, & an publicandum eum esse typis officinae tuae
recentis censerem, ad te perscriberem: id à me factum
est libenter: & quantum per negotia licuit, quibus
me admodum occupatum atque distentum esse non
ignoras, diligenter. Qua quidem in re, ut tu iudicio de
me tuo, ita ego amori in te meo nimium indulsi. Quā
enim de eo libro, qui de iurisprudentia cōscriptus sit,
sententia ferēda, ex de publicatione eius maiorū gen-
tium iurisconsulti in consiliū adhibendi essent, quales
aliquot celebris urbs uestra habet, qui non modo ut
egregij athlete aduersarijs suis feriendis & sternen-
dis in harena fortiter decertando: sic ipsi patrocinis
obeundis & causis agendis, in foro diligenter uer-
sando: uerum etiam pluribus consultoribus priua-
tis & principibus uiris, honorario & auctora-
mento luculento cohonestati, consilia communicando

atq; in utriq; parte insigne industriae specimen eden-
do, ingentem sibi gloriam pepererunt: maluisti tu ta-
men iudicium experiri Langi, & in opinione eius co-
quescere, quem non ita pridem in sacrum iuris & iu-
sticie sacerdotum ordinem lectum atq; conscriptum,
& intra domesticos parietes, priuatis legendarum sa-
crosanctarum legum studijs deditum, se à forensibus
& publicis actionibus, quoad eius unius principis
sui res patiuntur, abstinere scires. Mihi uero, quum
te & petitionem istam tuam, ad eos quos modo di-
xi spectatos iurisperitos, pro eo atque debui, rei scire
possem, subire potius impudentiae & audacie (que
moribus & temporibus nostris pro sapientia locum
obtinet) crimen est uisum. quām ut in ea re quam te
iure tuo à me flagitare crederes, tibi non morem gere-
rem. Quām ut antiquum naturāq; simul & institu-
to susceptum morem meū, amicis obsequendi & quo-
ad possem, commodandi, tibi uero præcipue, qui me
iam inde ab ineunte adolescentia egregie charum ha-
buiisses, seruarem: tum quemadmodum in instituenda
officina tua suasor tibi fuisset, ut idem etiam in per-
ficienda essem adiutor. Perlegit itaq; quod dicere ce-
peram, lucubrationem istam Apelli: & si quid perpe-
ram à librario scriptum erat, annotau. neq; me operæ
eius ita collocatæ pœnitet. Visus mihi est uir ille, qui
eximia in utroque iure nostro explicando peritia
præditus fuisse, ita ut merito suo paucis istis consul-
tis, qui ætate nostra leges imperiales ab exotica bar-
baria

Paria cum laude & gloria summa vindicant, & antiquo nativoq; nitori suo restituunt, connumerari possit: tum arte ea quae ad alias artes omnes exornandas, & recte atq; ordine tractandas plurimum afferit momenti, misericice excelluisse, ut quavis de re apie atque distincte differeret: id quod non tantum in Isagogico isto, sed altero etiam libello, cuius titulus est, Methodica Dialectices ratio ad iurisprudentiam accomodata, ab eo edito animaduerti. Quum enim clementia seu Institutiones iuris ciuilis ab autoribus suis sub nomine Iustini ani Imp. quem Laurentius Vallensis vir doctissimus, & de literis latinis optime meritus, suadat testem laudans, cui adhuc ante fluisse scribit, ea potissimum de causa, atq; eo consilio sint composite, ut uniuersae legalis scientiae compendium essent & methodus, non solum ea quam dixi exacte definiendi, dividendi, partiendi, atq; distinguendi arte usus, in ordinem magis appositum & diuicidum, quam an hac fuerunt, eas digessit, atq; in artem redegit: sed ratione præterea addidit, et uiam stravit, qua insistentes atq; progredientes iuris candidati, minore cum labore & dispendio, ex sacro sancta hac scientia fructus percipere & reportare ualeant, et maturiores & ubiores. Quapropter adducor ut credam, scriptum hoc gratu omnibus fore, qui liberalibus præditi ingenij, ad disciplinam iuris, seu potius ad sanctius iusticiae sacerdrium ita accedunt, ut aliquando Reip. aut patriæ sue præclaram, non inferenda, sed propulsanda causam.

mia, non item serendis atque fouendis, sed componen-
dis atq; decidendis inter homines litibus, operam na-
uent, & ad exemplum C. Aquilij iurisconsulti se &
studia sua comparent, ut eorum prudentia in cauen-
do, non in decipiendo (libet enim præclaris M. Tullij
uerbis uti) perspiciat, ut iuris ciuilis rationem nun-
quam ab æquitate seiuant, ingeniumq; laborem,
fidem suam, amicis ciuibusq; suis promptam expon-
tationē habeant, & ut ita iusti & boni uiri sint, ut na-
tura non disciplina consulti esse credantur: ita periti
& prudentes, ut ex iure ciuili non scientia solum: ue-
rumentam bonitas nata esse uideatur: ut quicquid in-
de hauriatur, purum liquidumq; sit. Itaq; Andrea fa-
cies, ut libellus hic tam utilis & commodus, qui nunc
ad te remittitur, typis tuis excusus in lucem & ma-
nus prodeat studiosorum.

Optandum sane esset, ut iuris περὶ νομονούσιων αἰώνων in Academij & ludis publicis ad Apelli no-
stri præscriptum, de iure uera præceptiones & dicta-
ta sua instituerent. Quod quidem illi profecto faciet,
si recte sapient, & ut dici cupiunt, sic esse etiam con-
sulti uolent, ut scilicet non tam glorie sue nescio cui
eruditio inanem famam captantes, quam discipu-
lorum, auditorumq; suorum commodis & profectu
consultant. Acruſcatorum uero & circumforaneorum
istorum rabularum, qui sanctissima iura studijs &
moribus suis sycophanticis prophantan, omnia ad lu-
crum & id quidem parum honestum (præterquam
quod

quod nunc moribus cōprobatur) cōferentes, quiquam nul
lis literis tincti, eas tamen bonas demum literas esse
consent, quae w̄p̄s r̄t̄ āl̄p̄ta, & ad rem augendam
faciunt. Istorum inquam, quorum magna ubique est
copia, requam hominum sententiam prauam non est
quod moreris: paucorum, eorumque ingeniorum &
bonorum uirorum recto iudicio contentus, à quibus
editione libelli istius (quod tibi affirmare ausim) ma-
gnam inib⁹ gratiam.

Adiunxi hisce literis carmen, quo libellum nescio
an ornauerim, & studioſis commendatum reddide-
rim: conatus quidem sum certe. In eo carmine iudi-
cium de hoc opusculo meū amplioribus uerbis, quod
præfationis loco, ei si tibi probabitur, premittere po-
teris, exposui. Fac ualeas. Datum Nissē, ipsis Sote-
rijs. Septimo Calend. Aprilis. Anno

M. D. XL.

i 4

DE DIALOGO ISAGOGICO
in Institutiones Iustiniani Imperatoris, Ioannis
Apelli, ad candidatos Iuris ciuilis, Io-
annes Langus Silesius.

Dedalea constructa manu, quum tecta subiret,
Aegides Theseus irremebilia,
Implicitum, certo tenuis moderamine fili,
A chara monitus coniuge, rexit iter.
Atq; ita secretosq; sinu uariosq; mæandros,
Lustravit gressu prouidus intrepido.
Vnde, ubi Pasiphaes sobolem demisit ad orcum
Taurinam, reducem rettulit ille pedem.
Rettulit et summam celebri cum nomine laudem,
Et quod ad astra ferat nunc quoq; fama decus.
Si quis sanctarum sinuosa uolumina legum,
Et uersare parat tetrica scripta uirum,
Qui sacris lucem et splendorem afferre uolentes,
Fumum offuderunt legibus, et tenebris,
Næ duros Thesei tibi sumens ille labores,
Ingreditur dubie tecta recurua domus.
Tot quippe anfractus, labyrinthos totq; reductos,
Ardua sacrati lectio iuris habet.
Aßiduo qui sudore usq; atq; usq; fatigant,
Alternaq; uiros compede quosq; tenent.
Vt si te nantem saeuo ac septemplici fluctu
Euripus hic illuc differat Euboicus.
Quin et monstra fouent Labyrinthi plurima tales;
Semibouesq; uiros, semiuirosq; boues.

Deda-

Dædaleis que monstra libris, quos diximus ante,
Certi asperferunt barbara turba uiri.
Ergo Thesean sis instructus ab arte,
Vsurpans certa fila tenenda manu,
Non adeunda tibi temere penetralia legum,
Nec tangenda sacri limina iuris erunt.
Nam studio lassus frustra insudabis inani,
Nec quo'nam gradiens progrediare scies.
Atq; his atq; illis trepidus terrebere monstris,
Damnaq; cum nulla plurima laude feres.
Sed tibi succincta præsens breuitate libellus,
Leges monstrabit qua ratione legis.
Hoc duce ceu Thesei filo penetrare licebit,
Et iuris dubios exuperare sinus.
Ut te nec uario Labyrinthi calle recurvi,
Nec specie fallant horrida monstræ truci.
Sed simul ut magno fructus & laudis honore,
Legali possis ire redire uia,
Donec ad optatam sic per compendia metam
Perducto imponat laurea serta tibi,
Vnus & exquis magno censendus ab usu,
Tanta præcellit commoditate liber.

A R G V M B N T V M.

SEmpronius Iurisprudentiæ nouitius audi-
tor, accessurus publicum iuris civilis profes-
sorem, Pandectas prælegentem, inter eundum
ab Alberico Iurisperito interpellatur, & admone-
tur, ut iurisprudentiæ operam daturus, primum
edi scat artis ipsius prima principia, adeoq; Insti-
tutiones Iustiniani Imperatoris. Sulpitius acce-
dens rogatus, indicat illi earundem summam, at
que perstringit eas nouo quodam, & haec tenus
insueto ordine ac modo: fideliter atta-
men, & citra pompam.

D I A L Q-

DIALOGVS ISAGOGICVS IN
 Institutiones Iustinianei Imp. Ioanne
 Apello autore.

Abericus, Sempronius, Sulpitius.

A L B.



Vò properas Semproni, cum libro
 isto tuo tam magno? S E M P. Hac
 recta ad auditorium Iurisperitorum.

A L B. Ad celebrem illum & ma-
 gni nominis Iurisperitum, qui proce-
 ribus & principibus etiam solet esse formidabilis?

S E M. Ad istuam ipsum, qui olim, cū ei potens prin-
 ceps in publico cōuentu minitaretur, atq; audiret, ha-
 biturum se eum inclemientem principem, propterea
 quod aduersarij sui desiderium coram principum se-
 natu exposuisset, suoq; desiderio contradixisset: non
 est ueritus eidem respondere, daturum se uicissim ope-
 ram, ut esset ei futurus parum clemens Doctor. Neq;
 cum animus fefellit, cum non multo tempore interie-
 cto, ad cum fuerit hic princeps necessitatis angulum
 impulsus, ut cogeretur Doctorem multis pollicitatio-
 bus & muneribus ad se uocare, atq; tertio denum nū-
 cio uix potuerit impetrare ut uehiret. A L B. No-
 ui factum. Erat etenim controversia talis, ut potuerit
 hic princeps uel ei qui unigenitum illius interemis-
 set, supplex fieri. S E M P. Atque hac fama mouit

Patrem

patrem meum, ut me ad hanc Academiam mitteret
potius, quam uel Felsinam, uel Ticinum. A L B.

Quot annos in hac professione uersaris? S E M P.
Annos: nondum perpetuum mensem. A L B. Quam
legem hic suis auditoribus praelegit? S E M P. Legē,
cuius est initium, si non sortem. ff. de condic, inde.

A L B. Hui, tenebricosam illam nimis, & obscuram:
S E M P. Sic adparet Alberice: nam ego in hoc pro-

scenio sum cæcior talpa, & turdo surdior. imo non
surdus: audio siquidem uoces singulas, sed sic, ut ha-
rum rerum nihil prorsus intelligam, perinde ac si Sar-
mata concionaretur. Primum non satis intelligo, quid
sibi uelit hæc uocula s O R S: neq; is, quum caput le-
gis auspicaretur explicuit. nisi, quia coniectura du-
cor, eam esse summam, quæ ab initio data est mutuo
debitori: nimirum sic iubente hac uoce v S V R A, quā
ipse cum illa consert. Neq; adhuc excidit mihi, quod
puer olim apud Terentii in Adelph. legi, etiam de for-
te nunc uenio in dubium miser: hoc est, de precio quo
empta erat fidicina. Deinde quum debiti tum natura-
lis, tum ciuilis meminit, atque inter utrunq; tam an-
xiūm facit discriminē: præterea de ignorantia iuris et
facti tantum intelligo, quantum is qui nihil intelligit.
Quid uero sit usura ceteris, docuit me A N D R E A S
A L C I A T U S: que tamen interpretatio, cum Accur-
sij et huius Doctoris explicatione non quadrat. In-
super cum Iurisconsultus loquatur de conditione, hic
professor solius conditionis facit mentionem. Inter hæc
autem

autem duo tantum interest, quantum inter medicinam
 fortassis et ingenuitatem. Obsequia uero libertorum
 & operas sic confundit, ut non uereatur obsequia
 operas obsequiales appellare: quum obsequia & ope-
 rae, non aliter quam equus & bos, hoc est, iuxta es-
 sentiam inter se distet, ut explicat Vdalricus Zasius.
 Prætereo hic infinitas uoces, quas non assequor, Sti-
 pulationem, Acceptilationem, Præscriptionem, No-
 uationem, atq; similes: ut non longe absit, quin putem
 me nullo posse modo in hac professione quicquam ef-
 ficere, ac planè desperauerim: atque præstet in pa-
 triam propediem reuerti, et nihil agere, quam tanto
 sudore nihil proficere. A L B. Non nego mi Sem-
 proni, plerasque uoces à plerisque nostræ ætatis Iu-
 risconsultis Alciato, Zasio, & Budæo aliter explicari
 hodie, quam ueteres illi interpretes, propter histo-
 riarum & lingue latine non plenam cognitionem,
 quadringentis fere annis, ex quo L O T H A R I V S
 S A X O leges ipsas reduxit, interpretati sint: neque
 aliquem uel mediocriter eruditum, eorum interpreta-
 tionibus contradicere. Verum quod propter pau-
 culas aliquot uoces, quas causaris te non satis intelli-
 gere, tam imbecillis & abiecti animi factus es, ut con-
 stitueris à tam egregio incepto desistere, minime tibi
 assentior: imò suadeo quantum possum, ut hanc ha-
 rum radicum amaritudinem contemnas, perinde qua-
 si catapotia uoraturus, expectesq; ipsorum fructuum
 dulcedinem. S B M P. Id eram facturus ô bone, ac
 me.

me ipsum hac in re in consilium adhibui, nihil pro-
fus ab Accursiano abhorrens absynthio, ut ille nuper
ex Francis germanus eques solebat loqui: si modo pau-
cule haec sint uoces, quas non intelligo, ut cūq; in Gram-
maticorum & Rhetorū scholis uersatus. Sed cum tan-
ta sit multitudo, neq; professor uel unam explicet, ego
uideo me nihil aliud agere, quam uel laterem lauare,
uel aethiopem de albare, aut si quid est factu difficultius
conari. ALBERT. Confide Semproni, habes com-
pendiariam uiam, per quam possis eō quo properas
peruenire. SEMPER. Indica, ostende, commonstra
per Charites, & Musas, ut sis mihi non Mercuria-
lis statua, sed Mercurius ipse. ALBERT. Est hic con-
ductus professor publicus, qui institutiones Iustinia-
ni Cæsaris Augusti prelegit, non infrequenti (ut
aiunt) auditorio. quem tu poteris accedere libere,
habet etenim ex publico salaryum, atque libellus il-
le continet artis prima principia, & sumnam: &
est talis, ut omnes suos numeros continat, totus te-
res ac rotundus. SEMPER. Intervul hominis præ-
lectioni semel ac iterum, & minus inde fero quam
ex illius de quo iam loquimur. Explicat namque præ-
terea de Actionibus, in quo loco aiunt cum iam ultra
mensem uersatum esse. Deus bone, quam multa hic
audio, que non intelligo. Actiones bone fidei, actio-
nes stricti iuris, actiones arbitrarias, restituere, ex-
hibere, soluere, debere, actiones in rem, in persona, Pu-
blicianam, Seruianam, Hypothecariam, arbitrium iu-
dicis

dicis, officium iudicis, tum nobile, tum mercenarium,
quum inhærens, tum non inhærens actioni, uim, me-
tum, dolum. Cetera de genere hoc adeò sunt multa,
loquacem delassare ut ualeant Fabium: et fama est
annum iam quintum agi, ex quo is eum libellum pub-
lice prælegendum in manus sumpscerit, et periculum
est ne intra annum sit finiturus. Quod si hic libellus
tanti constat, quid sperem futurum de hoc codice, quæ
baiulos? quid de reliquis qui restant? A L B. Ut uer-
rum fatear Semproni, nunquam mihi placuit eum li-
bellum tam anxie, atq; tanto temporis tractu adole-
scientibus explicari, qui nimirum à Tribuniano et
suis collegis, Iustiniani mandato ideo scriptus est, ut
ad summum intra annum unum finiretur, adcoq; ut
auditores eadem opera et artis prima principia (se
modo ad artem reducta est iuris prudentia) et uoces
ipsas perdiscerent. Sed quia sic usus habet, non con-
tradicamus temere publice, ac nunquam non recep-
te consuetudini. S E M P. O consuetudines, o mo-
res, o tempora. Et audebis tu quoque consuetudinem
paucorum, multorum utilitati præferre? Quod si
conqueritus est Iustinianus in sua præfatione, quam
Institutionibus suis præfixit, de quadriennio, quis
non conqueratur hodie de septennio, quod ad hunc
libellum perdiscendum uix est satis? Neque tamen
eo dicuntur ista à me, quod putem satis esse ple-
raque summis tantum digitis attigisse, præsertim in
legibus ubi quotidie inuenias aduersarium, qui tibi
contra-

contradicat, atq; nihil non in disceptationem uocet:
 adeò, ut non sit satis, meo quidem iudicio, carnes te-
 studinis gustare, nisi etiam edantur. sed quia desiderē
 in docendo quendam ordinem: nisi fortassis debeat
 grammaticus puero impuberi, simul & Donati præ-
 cepta de octo orationis partibus, atque Ciceronis o-
 rationem pro T. Annio Milone explicare: imò Cice-
 ronem ei qui grammatices prima principia nondum
 didicerit, & cum ille ipsius status, hypothesis, thesis,
 epiphonematum, & schematum rhetoriconum faciat
 mentionem, puer nondum nouerit ea que nomini &
 uerbo accidunt. A L B. Fortasse non male ratioci-
 naris Semproni, attamen sic ferunt tempora, ut nihil
 sit magis inuisum hodie, quam hæc uox N O V V M.
 Quas putas tragedias excitari, si quis aliter præ-
 legat, quam à maioribus quasi per manus acce-
 pit? S E M P. Fateor, neque ignoro, æquiore
 laturum animo Galliarum regem, si Mediolanum
 amiserit, quam istos professores, si amittant uete-
 rem illum suum prælegendi modum. Neque id mi-
 rum, quum rex ciuitatem semel amissam rursus re-
 cuperare queat: hi uero semel è possessione dciecti,
 nunquam possint ea potiri, id quod hac luce meridia-
 na clarius cernunt: quo fit, ut eam tam strenue pro-
 pugnent. Quod si hanc prouinciam temutati meæ de-
 mandaret C A R O L V S v. ut ea in re adolescentiæ
 studijs prospicerem: iuberem, ut nouitijs, præter pri-
 ma artis elementa, nihil prælegeretur: neq; permitte-
 rent

rem eos ad sacras illas Pandectarum & Codicis prælectiones illotis manibus ad hunc modum irruere. Id quod mēa quidem sententia nihil est aliud, quam infirmos hominis oculos in solis radios aciem intende-re.

S V L. Quanto rectius, deum immortalem, iudicat hic nouitius, isto tam multos annos in hac profes-sione de ritore ut non parum referat, quo unguento te sta recens sit imbuta.

S E M P. Dic mihi Alberice, qua via ad huius artis fastigium peruerteris? num cōpendiaria aliqua, an uero consuetuilla, & uulgari, quam video mibi præscriptam?

A L B. Dicam bona fide, neq; celabo te quicquam. Cum annos ab hinc uiginti, à patre huc, nimirum ad publicam scholam, pro iure civili addiscendo mitterer, incidi statim in publicum professorem, qui prima tamen lectione or-diebatur q. sed cum nulla. l. iuris genium. ff. de pa-ctis. Hic mihi plane accidit quod nunc tibi. Cum enim is loqueretur de pacto nudo, et pacto uestito, de co-hærentia contractus, de obligatione naturali, de acti-onibus bone fidei, quomodo infirmentur illæ, & mul-tis alijs, accessi ad unum ex amicis, qui huic professio-ni tum quadriennium ferè dederat operam, indicans ei, hac ratione fieri haud posse, ut domum unquam re-uersurus essem doctior. Iam enim una & a tera septi-mana præterierat: ego uero utcunq; anhelans & su-dans, discebam nihil. Proinde rogans eum, ut consule-ret studijs meis. Malle autem me, uel Medicorum, uel Theologorum auditoria uisitare, nimirum quod præ-

k. staret

staret aliquid addiscere; quam nihil: esse me fortasse
 ad eam professionem, pro ingenij tarditate, non satis
 idoneū. Ibi ille: Cōfide, inquit, Alberice, neq; despera.
 nō enim ingenij infirmitas tibi obstat, quo minus ea
 quæ audis, hoc primo statim congressu ex animi tui
 sententia adsequaris, sed ipsius rei difficultas. Adeoq;
 cogitabis, hoc unicum necq; tuum esse, necq; ipsius arti
 ficiis, qui olim scripsit, uel hodie explicat, sed ipsius
 matricæ: allegans pro ea sententia. l. si seruus seruum.
 §. si calicem. ff. ad. l. Aquil. Subinde mihi uulgatum
 hunc uersiculum occinens, Tu ne cede malis, sed con-
 trā audenior ito. Neq; solus talia conqueraris. habes
 hoc cum multis commune, qui in insimis amplius nō
 sunt, sed in medijs consistunt. Multi cliuo sudamus in
 uno. Quid agerem? Recepit animum, quem antea abic-
 ceram, recuersum ad portioνē sanguinē hoc, audiui fre-
 quenter publicum iuris professorem, consulens inter-
 rim domi Perotum, Calcipinum, Varronem, Sex. Pom-
 peium, Nonium Marcellum: & qui tum mihi erat sa-
 cra ancora, Vocabularym iuris. pleraq; assequutus
 sum utcūq;, sed paucula admodū. In summa, sic trans-
 egi biennium, cum ferè aliud nihil, præter uulgatas
 aliquot regulas didicisse: quales sunt, Actore non
 probante, reus absolvitur: iura sunt ad absoluen-
 dum priuiora, quam ad condemnandum: Præstat
 possidere potius, quam petere: Victus uictori condé-
 natur in expensis: & si quæ sunt similes. Habebam
 prætercaū numerato, unum & alterū exemplum ob-
 ligat.

IN INSTIT. IUSTIN. 147

ligationis naturalis; unum tantum obligationis ci-
uialis. Ad hæc, decim & septem esse actiones bona & fi-
dei, reliquias omnes stricti iuris: neque tamen intel-
ligens inter hæc duo genera discrimen. Noueram
quatuor esse contractus, quibus ad obligationem im-
ducendam solus consensus est satis: quinque qui con-
trahuntur re. Atque hæc ferè omnia domi, ex multis
præceptoribus, & sic ut possem reserre potius quam
intelligere: non aliter quam psitacus sulum xeiçē.

S E M P. Fortassis in ædibus quoque paternis
edisciturus minore impensa. A L B. Recte diuina-
sti. Sed sic me mea fata trahebant. S E M P. Utinam
hic saltem imbecilliora sint fata mea. A L B. Hic in-
ueni æyaði tuxii & Mercurio propitio præceptorem
nouum. & fidum admonitorem: cui per literas eram
ab aiunculo meo commendatus, ut mihi & consilio
et opera sua non decesset. Qui simulatque perlugisset
literas, interrogavit me, quot annos essem in ea pro-
fessione uersatus? respondi, biennium: & iterum, an
edidicisse Institutiones Iustiniani? Non potui re-
spondere: simpliciter confessus sum, ne percurris-
se, plerisque tamen affectum non esse. Ibi ille (ut
erat & ueri, & studiorum adolescentiae, maximus
amator) Alberice, inquit, nisi has Institutiones no-
ueris, perinde quasi tuos ungues, fieri haud potest,
tit aliquem Iuris ciuili interpretem, qui Bartoli &
Baldi facit mentionem, intelligas, etiam si te rupe-
ris. Ego gratias agens uiro, in quo mihi magnopere
k z placebat

placebat hęc ῥερόντια, quam non dubitabam mihi profuturam: reuersus sum domum hi arior, atq; post dies non ita multos inueni hominem haud pigrum, nō tam celebrem quam fidelem, qui meis studijs satis es-
set aptus, & qui aliquot nobis Iurisprudentiae noui-
tijis auditoribus has Institutiones in suis aedibus enar-
raret. Eas ego intra annum unum perdidici, atq; fre-
quentaui postea publicorum professorum auditoria,
non sine fructu, multo autem maiore cum uoluptate.

S E M. Dic mihi bona fide, num & alij, qui clarēt
hodie, cōdem quo tu compendio ad hoc artis fastigi-
um peruererint? Num & iste quem nunc audire pa-
ro, qui medium digitum huic principi tam potenti o-
stendebat? A L B. Dicam Sempronii, fide optima:
sed sic, ne quis Corycaeus auscultet. Habent hęc audi-
toria paſsim non paucos auditores, quod hęc profes-
sio plus pollicetur & d. uitiarū, & splendoris, quam
uel theologia, uel medicina, habent nobiles, ignobiles,
patricios, plebeios, sacros, prophanos, adolescentes, iu-
uences, & plerunq; quadragenarios, dum aliis conſu-
lit existimationi, alius diuitijs, alius inediae. Et quum
ingenia cōfluant diuera eruditii, non eruditii, gnauii,
ignauii, diligentes, pigri, uigilantes, oscitantes: publi-
cus tamen professor eius in æqualitatis nullam pror-
sus habet rationem, atq; uix uni prælegit & alteri.
Et inuenias qui prius habeant famam suam, quam cō-
modum auditorum, dum in maiore propositione am-
plificanda, in qua sunt maximè exercitati, que tamē
satis

satis alioqui est clara, citant sexcentas leges, & totidem glossas, utentes in re non dubia testibus non necessarijs, ut ait Cicero. Contrà uero in explicatione subsumptionis & propositionis minoris, quæ raro nō solet esse legi uero, tam sunt frigidi, ac ieconi. ut cordatus auditor, quiq; hoc odiosum tedium nondum deuorauit, sine stomacho non posset audire. S E M.
 Sic est Alberice. Nā & ego pariter qualis qualis sim dialecticus, deprehendi nō sine molestia, sic fieri. Sed perge. A L B. Iam qui ideo frequētati hæc auditoria, ut legum studiosi tantum habeantur, non magni faciunt, qualem fructum, dummodo peracto statu tēpore purpuream illam mitram inde ferant, quod domi sit uel pingue sacerdotium, uel locuples patrimonium, laudant memoriam, laudant ingenium profissoris, & admirantur. ut sint quales haberi uolunt, scilicet auditores, ut aliquis ex eorum numero mala sua si norit, cum Satyrico iure posset exclamare, Semper ego auditor tantum? Qui uero moleste luduni hanc operam, uel statim resiliunt, uel si sperant aliquando futurum, ut & ipsi tandem aliquid consequantur, ferrunt quoquo modo: & dum alter alterum adhortatur, manent non aliter quam in hostium congressu milites. ut uideas plerosq; utcunq; non succumbere, at tamen cū ignominia se cōflictui subtrahere: dū uide licet quatuor aut quinq; annos in hac acie dimicat, neq; tantillum uel laudis, uel manubiarum inde reportant, quando in ancm illum titulum non ambiunt,

qui nimirum nec esurientem alat, neq; cupidum gloriæ illustret. Proinde sit, ut cum ille triginta, vel quadragesima auditoribus prælegat, uix habeat unum ex alterum, qui ad frugem perueniat, reliqua seges inherbamoritur. Atq; utinam hæc non querant pleriq;, ut soli mancant iurisperiti. S E M. Bona uerba Alberice. putas tu tantam infidelitatem in hominis tam docti mentem posse descendere? A L B. Non puto: precor tamen ne descendat. Neq; enim ab homine imperto scriptum est, Praeclara ingenia quemadmodum & uirtutes maximas, ita etiam uitia maxima se penus mero continere. Hi uero duo multo sudore emergunt, neque singuli hanc perturbatam legum cognitionem, ut magnus E R A S M U S ait discunt, sed bini. Nam dum alter alterius opera utitur, uterque præceptoris uice fungitur, uterque discipuli: quandoquidem nunquam desunt consulta duobus. Atque plus olei interim quam uini absunt, & sunt homines alioqui acutissimi, qui q; ad hanc professionem nati uideri possint: ut minime falsus fuerit, qui primus eos uocauit E G R E G I O S, hoc est, extra uulgi gregem natos, cum bonorum pars si quid discit, hoc in foro discat, & apud iudicium subsellia. Neque tamen per quandam uniuersitatem, sed unciatim (ut Comici uerbo utar) & non aliter quam mendicantes ostiatim recipiunt panem. Adeò ut leguleium inuenias procuratorem, qui post triennium peritior è foro redeat, quam è schola post septennium talis auditor, tametsi magna clientum iactu-

Pd. S VLP. Alloquar homines. Saluete Scœuole.

A L B. Et tu salutē Papiniane: derides nos superba illa tua salutatione, qui non ueroris nos appella-re Scœuolas. S VLP. Et tu me uiciſſim Papinianum.

A L B. Non temere. quin prior hoc auderes, fortas sis etiam non immerito. S VLP. Superbum hoc Pa-piniāni nomen nō agnosco: utimam tamen sim unus ex illis, qui in secundis uel tertīis consistunt. A L B. Ego mihi Sulpiti, libere admodum locutus sum, credes me ab hoc uno Sempronio audiri. Quod si tu pariter audi-sti quæ in eius finum effutui, quæ so le ut non aliter ce-les quam Bonæ deæ mysteria. S VL. Noli esse solici-tus Alberice magis cro hic mutus quam quilibet pi-scis. Noui huius genii mores & impatientiā, et quo-modo hi cœlum terræ hac in re soleat miscere. S EM. Ego uero interim dum ausculto, perdo hanc horam cum illo meo libro. Sed Deus bone, uideor mihi non male locasse hoc quantūcumq; est temporis, qui com-pendiari am hanc cōmensratam uiam quasi per tran-sennam conspicio utcunque caligantibus adhuc oculis. S VL. Recte diuinasti ô bone. nam ego collo-quium hoc uestrum ab initio percepi, abscondens tan-tisper me post colum:nam hanc. A L B. Bene est Sul-piti char:ſime, quod in amicū, & qui huic conatui fa-uet, incidimus: neq; enim ignorō, quæ tibi tractatio in hac professione placeat, quæ cōtrā displaceat, maxime uero cū nouitijis prælegendū est. Nā & tu quoq; ncbi ſeu ab illis eo nomine audis male. S VL. Fortè non

k 4 admodum

admodum bene, qui temere soleam hoc meum institutum celare diligenter. A L B. Eadem opera celerit aliquis uel amorem, uel ignem. Habent hi suos Coryceos, qui auscultent & insidientur incautis mendacij, siue calumnijs, non aliter quam uulpes gallinæ imò ut dicam accommodatius, quam crocodylus uitæ hominis, qui se insinuant ijs. qui cum a ijs in hac rex omni parte non consentiunt, perinde quasi consilium flagitaturi: mox digredi, cum nullius rei quam præpostere tractationis facta fuit mentio, idq; fide opima, atq; eo animo ut maneat hic sepultum, deferrunt uirilenter, addentes magnam partem de suis mēdacijs, una uidelicet manu ostentantes panem (ut ait Comicus) altera gestantes lapidem. S E M. Disperreant pessime nebulones isti, qui inter professores sic suffundūt frigidam, digni cum suis geminis sellis quos Suffetianæ quadrigæ discerpant: tantū abest, ut ad boni & æqui notiam admitti debeant. mihi uero haud mit ora, si uel micam eis mentis apud me habeam.

A L B. Hec non è dicta sunt Semproni, quod de te aliquid suspicer sinistri: sed quia mihi tam uirulenta delatio non parum fuit incommoda. hoc tamen me beat, & recreat, quod impudentes illi delatores aliud nihil ex illa sua improbitate reportauerunt, nisi quod hi quibus sic inservierunt, nihil eis amplius fidant.

S E M. Nihil mirum, cum sint uiri non mali, & fuerit falsus Fabius, qui scriptum reliquit, honesta magis inuare. Et quis fidat delatori, qui modò mentem habeat

beat^e ALB. Ego sic euenire didici usu. Graditur
siquidem iuxta pedes ultrix illa dea Nemesis. Sed ua-
leant isti Metij Suffecijs, Sulleij & Caprij delatores,
male pestes, quas habent schole quoq; nedum prin-
cipum aulæ. Tu uero Semproni ibis quo d^estinaisti

S E M P. E quidem non ibo, quod hæc inter nos
habita consubstantia, quam spero propter Sulpitij ad-
uentum nondum esse finitam, potior sit mihi futura,
quam decem prælectiones, quas non intelligo. Te ue-
ro mi Sulpiti, per omnia sacra quæso, ut non graueris
hac in re, quando huic colloquio nostro tametsi no-
bis ignorantibus interfueris, tuam pariter mihi sente-
tiam explicare. widebis aliquando hoc tuum officium
non in immerentem locatum esse. S V L. Quando
sic rogas, & iubes Semproni, inhumanus sim valde, si
tibi tam cupido in re tantilla morem non geram, erra-
tiq; uiam non commonstre, id quod olim Athenis e-
rat piaculare: neq; alio animo sub hanc porticum ue-
ni, quam ut quererem congerrones aliquot, cum qui-
bus me animi gratia oblectarem. Neq; etiam graua-
bor in re seriatibi commodare. S E M. Bene facis
Sulpiti humanissime, nisi fortasse molestum est Albert-
co, hæc minutiora tractari. A L B. Nihil minus. nā
& ego pariter adolescentie studijs faueo, neq; teme-
re hanc dissertationem suscepit. S V L. Prius quam
hanc rem aggredior ego, tu Semproni depone hos
onus, quod utraq; manu ad laßitudinem usq; tenes.

S E M. Vix memineram præ attentione en depositui.

k s S V L.

S V L. Principio ualde mihi placent ea quæ à te A
berice de Iustiniani Institutionib. ediscēdis dicta sunt.
uerum hoc memineris Semproni, Ius uniuersum, hoc
est ipsam iurisprudentiam, ut proprie loquuntur,
eo libello, iuxta T. Caij Iurisconsulti sententiam,
findi in tria membra seu capita, in Personas, Res, et
Actiones: hæc enim tria tractat. Atq; eam partitio-
nem tam esse obscuram, ut posse ingeniosissimo cuiq;
si non imponere, attamen negotium non modicum fa-
ceſſere. S E M P. Expecto desiderantissime, atq; au-
res et oculos arrigo. S V L. Primum persona ipsa
non est peculiare iuris ciuilis, siue iurisprudentiae ca-
put, ad quod pleraq; in legibus relata referantur, sed
nihil aliud quam circumstantia: quales etiam sunt,
causa, locus, tempus, quantitas, qualitas, et cunctus,
quas perstringit Claudius Saturninus in l. aut facto.
ff. de poenis. S E M. Sunt ne reliqua duo, quæ connu-
merantur? S V L. Sunt. S E M. Quid mouit Caiū,
ut personam annumeraret? an fuit falsus? S V L. Mi-
nime: sed cum uideret hanc circumstantiam in legi-
bus latissime patere, uisum est ei commodum, separa-
tim etiam explicare, atq; duobus iurisprudentiae ca-
pitibus connumerare. aliae enim personæ sunt liberæ,
alia seruiles. liberæ, uel ingenuæ, uel libertine. quæ-
dam alieno iuri subiectæ: atq; harum aliquæ sunt uel
sub tutela, uel sub cura: aliquæ uero neq; sub tutela, ne
que sub cura. hinc matrimonia, arrogationes, adop-
tiones, emancipationes, manumissiones, capitis diminu-
tiones,

tiones, tutelæ et cura explicatur. atq; hæc est libri pri-
mi tractatio, quam etiā sine præceptore quæcas edisse
re citius quam intra duos menses, cōnumeratis etiā
duobus titulis qui præcedunt de iusticia et iure, de iure
natū. gen. & ciuilis: hoc uno animaduerso, inter ius na-
turæ & gentium nullum prorsus esse discrimen. Nam
quod Domitius Vlpianus nimis anxie iuris naturæ,
& non gentium esse uoluit, maris & fœminæ con-
iunctionem, liberorum procreationem & educatio-
nem (perinde quasi iuris naturæ sint, & non gentiū,
que nobis sunt cum brutis communia: & contrā iu-
ris gentium, que nos à reliquis animalibus distare fa-
ciant) tam quadrat (absit uerbo inuidia) quam si alge-
re, esurire, sitiare, & somnolentum esse, iuris naturæ
dixerit aliquis, cum ea que natura omnia animalia
docuit, sint potius naturales quidam affectus. Id quo d
ex locis communibus Philippi Melanchthonis, quos
in Theologiam scripsit, poteris probe colligere. Quā
to rectius, meo iudicio, D E C E M V I R in suis tabulis
scripsit, *Quadrupedem pauperiem facere, non iniuriā.* quod ius ipsum quadrupedem & brutum mi-
nimime complectatur, sed hominem tantum, ha-
bentem rationem, & iniuriandi animum & uolu-
tatem. Ius naturale interpretantur legislatores ex
glossæ p̄ssim, ius gentium. Is natura debet, in-
quit Iulius Paulus de reg. iur. quem iure gentium da-
re oportet. idem facit M. Cicero lib. iij. Offic. Proin-
de meo quidem iudicio, Alberice, nihil necesse est,

inter

inter ius naturæ primum & secundarium tam anxiūm constituere discriminem, quod tanen' cum pace Bartoli et reliquorum interpretum dictum esse uolo: neq; pugnabo admodum si quis contradixerit. A L B.
 Ego nouitius olim & auditor rogitare solebam, qui fiat, ut cum triplex diceretur ius, naturale, gentium, & ciuile, quare non etiam triplex diceretur obligatio. S V L. Non longe ab ludit ab hac affinitate Alberice, si cui libeat paruer & ab effectu & ab absurdo colligere, quorum est utrumq; in legibus admodum firmum Enthymema. Atq; ego puto huic lapsui occisionem inde datam, quum uideret Domitius Ulpianus seruitutem paſsim apud omnes gentes esse receptam, non aliter quam dominia, contractus, obligationes naturales, & iuris gentium reliqua, eandemq; cum natura ex diametro pugnare, inductum eum fuisse, ut ausus fuerit hæc duo inter se discernere, atq; talia exempla quesuisse. Est autem captiuitas & seruitus Philippo autore, prauus quidam hominum affectus magis quam aliquid tale, quod inter ea quæ iure gentium introducti sunt, connumerari debeat. Nam utcunq; cum natura non pugnet, ut homo seditionis, fortassis etiam iusto bello captus, quem liceat occidere, à uicto re in seruitutem redigatur: sed quis iuste mancipabit illius liberos nascituros? Nemo nisi tyrannus, cum naturalis ratio dicet, ne filius parentis culpam praestet.

S E M. Ago tibi gratias ô Sulpiti: quam nunc beatissimi me, quum reduxisti oberrantem in semitan. A L B.

Ut ingenio pudore fatear su'piti, nunquā uenit in mē
 tem nubi, ut ex personæ tractatione facerē tertium iu-
 ris civilis caput, sed circumstantiam. SVL. Hoc cla-
 rius apparet, simulatq; duo capita uidebis, deinde
 obscurius loquuntur & Caus lirisconsultus, & ha-
 rum Institutionum architecti, qui primum ac potissi-
 mum Iurisprudentiae caput appellant REM. quide-
 nim in uniuersa rerum natura non est res? Id uero sic
 accidit, quia partiuntur res in corporales & incor-
 porales. Et quum res corporales, pauculis aliquot ex
 ceptis, ueniant in dominium nostrum, tradunt modos
 iure gentium receptos, & iure ciuili introductos, qui
 bus dominium acquiritur, adeoq; dominium ipsum.
 Prōinde doctius & apertius, ut cum reuerentia dicā,
 quod appellauerūt R E M , appellassent D O M I N I V M .
 Dominium uero est ius de re corporali perfecte dispo-
 nendi, si recti copiam habeas: sin minus, uendicandi, nisi
 uellege uel conuentione prohibeatis. D O M I N I V M
 est duplex. Directum & utile. Directum habet frudi
 dominus, Cæsar, Dux, Marchio: utile, Feudatarius,
 cliens, seu ua'llus. M O D I D O M I N I V M A C Q V I-
 R E N D I iure gentium recipi sunt, occupatio, hoc
 est aucupium, uenatio et pescatio: tot enim habet spe-
 cies, inuentio, captiuitas, alluicio, commixtio, & difica-
 tio. Implantatio, traditio: cui apprehensio & retentio
 adsimilantur, atq; nonnulli alij modi, qui perstrin gun-
 tur titulo primo li. ij. de rerum diuisione & acquiren-
 do rerum dominio. Modi iure ciuili introducti, sunt

par-

partim uniuersales, partim singulares. Vniuersales sunt quibus quedam bonorum uniuersitas acquiritur, sunt aditio hæreditatis, agnitus bonorum possessionis, arrogatio, et assignatio bonorum libertatum conservandarum causa. Quibus acquiruntur res singulæ, sunt usucatio, præscriptio, legatum, et fideicommissum. Vbi nō ignorabis eos modos qui à iure ciuili introducti sunt, tam firmos esse, ut traditio non requiratur, sed modus ipse sit satis ad dominium ipsum transferendum, dummodo res quæ acquiritur, individualiter sit (quemadmodum dialectici loquuntur) nō etiam genus, siue species, exceptis solis usucacione ac præscriptione. Nam cui Coloniae Agrrippinae auit hæreditatem eius qui Romæ quoque et in Hispanijs bona reliquit, fit dominus hac additione earum rerum etiam quæ absunt, quas nunquam uidit, tantum abest ut attigerit. Is cui legatur uas argenteum, uel equus, uel uestimentum, fit dominus eius rei legatæ, etiam prius quam ei tradatur. Id tamen quod modo acquirendi dominium iure ciuili introducto obtinetur, uel acceptum ferri, uel expensum referri debet. Vniuersitati uero, quemadmodum hactenus creditum est, non etiam. Præterea traditionem esse modum infirmorem, sic ut iustam causam requirat, utpote emptionem, donationem, transactionem, sententiam, dotis dationem, legatum generis, aut rei alicuius mobilis, uel simile. Neque enim commodatum, depositum, locatum, precarium, et pignus, satis junt ad dominium transferre.

ferendum. Atque hi modi omnes tractantur suo ordine lib. ij. cū priore parte tertij, usq; ad titulum de obligationibus. Quod uero donatio usucapioni & præscriptioni subiungitur, non habet hunc sensum, perinde quasi donatio sit modus acquirendi dominium, uel iure ciuili introductus, uel more gentium receptus. Est etenim contractus iuris gentium non aliter quam emptio, locatio, mutuum, comodatum, depositum, & reliqui. Sed quia Iustinianus legislator per legem, Si quis argentum. C. de donationibus. uoluit donationem hodie etiam sine traditione & stipulatione catenus ualere, ut eo nomine actione personali ageretur, propterea quod liberalitatem satis putauerit iustam ad exigendum causam: que ratio an sit saepe, ut hunc locum fuerit sortita, ego non parum dubito. nam hoc ausim affirmare (id tamen cum uenia tantorum virorum dictum esse uolo) longe accommodatus subiungi eam quatuor contractibus, quibus utramque obligatio etiam solo consensu plenariae introducitur. Talis siquidem est hodie Iustiniano sic uolente, donationis natura, præsertim quantū ad eam attinet, que fit sine mortis mentione. Alteram etiam speiem maluit Iustinianus ultimis uoluntatibus consummari, que nimirum à iure ciuili suum robur accepit, que tamen admodum frequens non est, & in qua traditio inest. atq; ego ante annos nō ita multos exemplum uidi, in quo in eum modum hic donationis tractatus distinctus erat: id quod statim signif.

significabo tibi. ALB. Paradoxa loqueris Sulpitii.

SVL P. Fortassis. SEM P. Perge uir doctiss: me: dispeream si quid unquam optatius audiui. Ego me perpetuum ferè mensem sic excruciaui, ut minus habebant negotij qui in pistrino excruciantur, & in latomis. Iam spero futurum, ut cum meis studijs omnia sint bene. SVL P. Ego tibi rerum summam tantum uel digito demonstro, tuum erit tibi querere preceptorem, qui te in uiam hanc compendiariam deducat. uix etenim eò peruerteris sine duce. Postremo fecit siue Caius iurisconsultus, siue hi autores institutionum tertiam partem, tertium caput ACTIONEM, atque id pariter non satis exacte. Nam cum dominium sit una iuris universi pars, consequitur, ut non actio, sed obligatio sit altera. Conferuntur namq; dominium & obligatio non aliter, quam architectus & calcearius. Ridiculus uero fuerit, qui architectum cum calceo potius contulerit, quam cum calceario. Prinde conferuntur primum dominium & obligatio, non aliter quam architectus & calcearius: nimirum duo artifices, & due causæ efficientes. Deinde actio realis siue rei uendicatio, & actio personalis, non aliter quam domus & calceus, nimirum duo effectus & duo officia. Quemadmodum enim actio personalis fluit ex obligatione, ita rei uendicatio fluit ex dominio. Iam uides opinor, alterum iuris universi, hoc est iuris prudentiae caput, uidelicet OBLIGATIONEM. SEM. Sic puto. sunt ergo duo universæ iurisprudentiae capi-

ta, Dominium & Obligatio. S V L. Sunt. Et ad hæc duo, reliqua omnia quæ sunt in legibus referuntur. Nam sunt utriusq; capitis uel parteis, uel species, uel causæ efficientes, uel effectus, uel adfinia, uel contraria: exceptis circumstantijs, quæ & illa & ista uariant. Neq; diffido, quin tu Alberice luce hac meridiana clarissimus cernas, qui factum fuerit ut T. Caius personam utriq; iunxerit: nimirum non quia sit tertium iurisprudentiæ caput, sed quia non multo minus latè ipsius tractatio pateat, quam unius ex illis duobus, ordinem doctrinæ potius quam naturæ sequutus. Potuit enim eadem opera uel loci, uel eventus circumstantias, uel aliam quamvis ex reliquis, aut etiā plures cōnumerare. Nam hæc ratio quod per se nō sit dignior, nunquam potuit mihi satisfacere. Propterea quod docentes alios commodum auditorum potius, quam dignitatem rerum tractandarum spectare conueniat, præferentes honestum utili in hominum officijs, quæ admodum admonet & explicat Cicero. Id quod in nostro proposito nulla ratio requirit. A L B. Eo in tua sententia, mi Sulpiti, & pedibus et manibus. S E M. Obsecro te uir optime, ut hoc quoq; posterius caput perstringas utcunq;. S V L. Quia ad hunc modum cecidit alea, pergam. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alienæ soluendæ rei, secundum Romanæ ciuitatis iura. Atq; hæc definitio continet effectum rei quæ definitur. cuius generis sunt multæ in legibus definitiones, & ad hanc formam prius

l illud

illud caput dominium definitiū. Obligatio est duplex;
naturalis & ciuilis. Naturalis sola est, quum iure gen-
tium, nimirum & equitate & communi sensu sic iuben-
te, debetur: ita tamen ut eam conuentione, ex qua hæc
naturalis obligatio fluit, legislator propter circumsta-
tiā forte impeditem non adprobet. ut si credam
pecuniam pupillo sine tutoris autoritate, atq; is eam
pecuniam male consumat: si frater credat fratri, quo-
rum uterq; sit in patris potestate. Impedit etenim cir-
cumstantia personæ, quo minus ciuilis obligatio oria-
tur. Ciuilis sola est, quum legislator, uel index uult ut
aliquis obligetur: nimirum falsus in eo, quod lex natu-
ræ siue gentium contradicat, quia fortasse desit con-
sensus, quem legislator deesse ignoret. ut si (uerbi cau-
sa) scribam syngrapham, accepisse me centum à Ti-
tio, ut spe future numerationis tradam, atq; is acci-
piat syngrapham, neq; tamen numeret pecuniam, falli-
tur nimirum legislator, qui interim dum latet ueritas,
perinde habet, ac si numeratum fuerit. Præterea si ui-
& tali metu, qui in uirum constantem potest cadere,
cogar Titio centum promittere. Ad hæc soluenda si iu-
dex me, ex falsis probationibus, per sententiam alicui
condemet debitorem, ciuiliter tantum obligor. Ha-
bes utriusq; speciei exempla, quum altera sola nasci-
tur. Frequentius uero utraq; introducitur, tametsi fie-
ri queat ut una ab altera subinde diuellatur: ut si cre-
ditor propter fortassis transactionem aliquam, nuda
conuentione promittat, se id quod ei debetur, utroq;
modo

modo non petiturum, tollitur naturalis: & contrà si debitor per sententiam iudicis absoluatur, quia creditor non probet mutuum, tollitur ciuilis, altera utroq; casu interim remanente. Que tractatio, quanquam scitu sit ualde necessaria, presertim quancum ad cognitionem exceptionum attinet, neq; tamen in eo libello satis explicata est, ut requiratur hic præceptor diligenter. Quod enim autores eius libelli obligationē diuidunt in ciuilem & prætoriam, non uideo quorū attineat, nisi quia prior perpetua est, et posterior plerūq; temporalis. Iam uero disces obligationem oriri ex contractu, uel quasi contractu, ex delicto, uel quasi delicto. Atq; eam contrahi quadrisfariam. Primum re, in mutuo, in indebito, commodato, pignore, ac deposito. ubi faciunt eius libelli autores dicrimen inter dolum, latam culpam, leuem & leuissimam, atque casum fortuitum. Que quinque nibil aliud sunt quam species ipsius euentus, qui à iuris consulto in cœta l. aut facta. ff. de poenis. connumeratur inter circumstātias ultimo loco. Que tractatio in alijs quoq; conuentionibus delictis, et quasi, præterea modis acquirendi dominium, & nusquam non locum sibi ueniat. Deinde uerbis per stipulationem, que est quedam uerborum à iure ciuili solenniter introducta promissio, qua utraque obligatio introducitur. Tum literis: Si quis syngrapham spe futuræ numerationis tradat, ut paulo ante diximus. Postremo consensu per emptionem, uenditionem, locationem, con-

ductionem, societatem & mandatum. Quibus iam ante exēplo uetus libelli inductus ausus sum donationem inter uiuos adnumerare. Vbi memineris, in alijs pariter contractibus, excepta sola literarum obligatione, esse consensum. Sed non solum contractus, uerū etiam quasi contractus sunt, ut negotiorum gestio, administratio tutelae, legatum generis, non in diuidui, rerum communio, & si qui sunt similes, in quibus alter alteri obligatur: non quia contractum est, sed quia est quasi contractum. Neq; enim iussit negotiorum dominus, ut hic amicus sui negotia gereret: neq; est aliquid uel inter tutorem & pupillum, uel inter hæredē & legatarium conuentum. Delicta propter quæ alter alteri obligatur, sunt delicta priuata, ut furtū, rapina, damnum, & contumelia siue iniuria. Quasi delicta imperitia iudicis, qui per imprudentiam perperam iudicauit, eiectio familie ex coenaculo conducto: quæ poteris omnia suo ordine à præceptore illo tuo intra priuatos parietes, modo non desit tibi uoluptas & sedulitas, intra annum perdiscere. Atque hic te admoneo, ne modos acquirendi dominium cum contractibus delictis, quasi contractibus et quasi delictis, parum cautus confundas: neq; enim donationibus, transactionibus, sententijs condamnatorijs, legato generis, & similibus conuentionibus, uel quasi, rerum dominia transferuntur sed traditionib. retentionibus, apprehensionibus, & similibus modis, utcunq; fieri posset, & quotidie accidat, ut hi contratus,

clus, delicta & quasi, plerumq; etiam modi acquirendi dominium iure ciuili introducti, ipsam traditionem, retentionem, & apprehensionem uestiant & adiuuent, id quod iam antea perstrinxii. Evidem sic puto, sex posteriores modos acquirendi dominium iure ciuili introductos, legatum, fideicommissum (si modo est adhuc aliquod inter haec duo discrimen) additionem hareditatis, agnitionem bonorum possessionis, arrogationem & assignationem bonorum libertatum conservandarum causa. alioqui uniuersales, tum proprios esse modos dominium acquirendi, quum de individuo agitur, quasi uero contractus tantum quum de genere aliquo, uel de re mobili, ut si (uerbi causa.) legetur uas argenteum Titio, uel Titius arroget Sempronium, qui fundi Tusculani sit dominus. effici quippe Titium eius uasis uel fundi Tusculani dominū, absq; traditio-
 ne, apprehensione ac retentione. quod si centum au-
 rei Titio legētur, uel nomen aliquod sive debitū apud filium arrogatum inueniat Titius, non prius efficia-
 tur utriusq; debiti dominus, quam quum ab herede ac debitore, uel ipsi uel filio arrogato numeretur, adeo ut hoc legatum & haec arrogatio hoc casu posteriore nihil sit aliud, quam quasi contractus, uestien-
 tes has traditiones & annumerationes pecuniarum, no aliter quam emptio, donatio, transactio, ac reliqui contractus, & quasi, ad hoc apti. Atq; hoc est quod priore casu legatario datur rei uendicatio, posteriore uero personalis ex testamento appellata. His dua-

bus actionibus, rei uendicationi uidelicet, & actioni ex testamento (quarum utraq; iam olim erat introducta in legatis petendis, à Iustiniano l.i. C. commu. de legat.) tertia, nēpe hypothecaria fuit addita, nimū ut legatarijs aduersus tenaciores hæredes uberius esset prouisum. Neq; ignorabis duos in eo libello esse titulos, unum per quas personas cuiq; acquiritur: alterū per quas personas nobis obligatio acquiritur. priorē loqui de dominio, posteriorē de obligatione, adeò ut dīs dīa mācōp inter se distent. Et quum habcas utriusq; capitī causas, ex quib⁹ fluunt, refert ut officia pariter non ignores. Ex dominio oritur rei uendicatio, ex obligatione actio personalis. Atq; hæc est actio num summa ac potissima diuisio, quæ in has duas species diducitur. In explicatione uero actionum occurruunt communes illi loci scripti & voluntatis, summi iuris & æquitatis. Ex summi iuris fonte fluunt actiones ciuiles, directe, stricti iuris, quæ dantur in solidū, & natuæ, ex fonte æquitatis, prætoriae, contrariae, utiles, bonæ fidei, arbitrarie, quæ dantur quatenus quis habet uel facere potest, & datiuæ. imò ex primo capite sunt actiones in uniuersum omnes, si cum exceptionibus conseruantur: & rursum exceptiones, si quis cum replicationibus contulerit. Atq; hæc est tanto pere à ueteribus celebrata èwēnēa, quam Aristoteles Lesbiæ regulæ adsimilat, quæ ipsi structuræ cedat, & non cōtrā, & quæ in nulla iuris parte dominari nō debet. Iam adde utriq; sua adfinia. Dominū adfinia habet,

bet, quasi dominium, & ius in re. Ex priore ori-
 tur actio Publiciana, ex posteriore Scriviana, quasi
 Seruiana, hypothecaria, confessoria, & relique rea-
 les, excepta rei uendicatione & Publiciana: quarum
 prior ex dominio est, posterior ex quasi domino. Ob-
 ligatio ad fine habet æquitatem, ex qua iudicis officium
 fluit, non aliter quam ex obligatione actio personalis,
 quum uidelicet id petitur quod debitum quidem non
 est, attamen sorti accedit: ut sunt litis impense, id quod
 interest, & fructus, præsertim in stricti iuris conuen-
 tionibus. Hic sequuntur modi quibus dominium amittit
 ur, traditio, apprehensio, retentio, usucatio, præ-
 scriptio, & quum rem habemus pro derelicto. Qui-
 bus uero tollitur obligatio, sunt, solutio, acceptatio,
 pactum non peti, nouatio, & si qui sunt reliqui. Præte-
 re sequuntur exceptiones, replicationes, interdicta,
 officium iudicis, & criminalia: quæ tantum fortasse ob-
 scuritatis non habet, quantum ista que iam perstrinxerat.
 Vbi non ignorabis exceptionem esse duplice: unam fa-
 cti, ut sunt exceptiones solutionis, acceptationis, trans-
 actionis, iurisurandi iudicialis, præscriptionis, & si
 miles, quum uidelicet solutum, acceptatum, transactum,
 iuratum coram iudice, & præscriptum est, nimis neutra
 amplius obligatione superstite, nisi forte altera tan-
 tum: que tamen ullum effectum amplius non habet,
 quemadmodum de exceptionibus & præscriptioni-
 bus loquuntur interpretes. Alteram iuris, ut sunt pri-
 num exceptiones pacti, conuenti, iurisurandi, con-

uentionalis sive uoluntarij, & similes, quoad ciuilis
obligatio superfit. Deinde exceptiones, quod metus
causa, doli mali, in factum, propter errorcm non nu-
meratae pecuniae, ubi ciuilis obligatio sola est intro-
ducta. Postremo exceptio rei iudicatæ, ubi superest
adhuc obligatio naturalis. Ad hæc magnum esse scri-
men inter possessionem et dominium, multumq; refer-
re an experiatur aliquis coram iudice possessorio, an
uero petitorio. Nam possessoriij tractationem conti-
net Tit. de interdictis. Atq; hæc est posterior libri ter-
tij pars, cum uniuerso lib. quarto. Iudicialis uero hic
libellus non continet, quare ea poteris ex iure canoni-
co pariter colligere, ne dum ex Pandectis ac Codice.
Nam quum à Iustiniani temporibus, qui in humanis
esse desit, annos ab hinc mille, nihil ferè statuerint Im-
peratores, hoc egerunt Romani Pontifices, opera do-
ctissimorum hominum, ut Iuris ciuilis interpretum ua-
riantia dogmata conferrentur, atq; iura statuerent.
Cæterum ut hæc omnia melius & exactius intellige-
rem, adiuit me libellus Institutionum, annos ab hinc
quadringentos conscriptus, quibus Lotharius Saxo
orbi Romano imperauit ad eum modū, qui sequitur.
Primus in ordine liber erat qualis etiam hodie circu-
fertur, sic tamen ut titulus de iure personarum primū
sibil ocum uendicaret, reliqui duo tituli qui præcedūt
eſent uniuersæ tractationis præludia. Deinde secun-
dus liber usq; ad Titulum de obligationibus protende-
batur: tum tertius ab eo loco usq; ad titulum de actio-
nibus

nibus, ita ut principium tituli de donationibus titulū de legatis, reliquum uero titulum de mandato sequetur, quem admodum iam antea memini. Præterea titulus Quibus modis tollitur obligatio, titulu de actionibus præcederet, ultimoq; loco lib. tertio poneretur. Postremo titulus de actionibus, cum his quæ sequuntur, liber quartus erat: ut nimirum luce hac meridiana clarius cernas, librum primum tractationem personæ, secundum modos quibus dominium uel iure gentium, uel iure ciuili introducitur: tertium contractus, delicta & quasi, ex quibus oritur obligatio: ex quartum librum officia & effectus, tum dominij, tum obligationis complecti.

A L B. Quis fecit tibi ô Sulpiti eius libelli copiam? S V L P. Nuper inueni eum apud mare Balticum & finū Codanum, in bibliotheca quædam haud ita magna à tincis corrosum, et pulueribus bene obstitum.

A L B. Hui in hoc orbis angulo apud Cimmerios, tam splendidum libellum, qui posset talib. tenebris tam claram lucem reddere?

S V L. Etiam Alberice, & puto eum à docto aliquo, qui cū Primislao aut Othocaro quanto Bohemorū rege, nisi me conjectur & fallunt, proficeretur, illuc perlatum fuisse, quum inibi temporibus Rodolphi Romanorum regis, qui ex Halsburgens. familia primus superiori Pan noniæ præfuit, Vlinrigiam, in eo loco quem Plinius Austrauiam, gens ipsa Sudanen appellat, edificaret, quæ hodie Illustris principis Alberti Marchionis Brædenburgens. & domini Boruſiorum beneficio, Sere-

nissimi Sigismundi Polonorum regis auunculi principalis sedes est, atq; à fundatore rege Mons regius appellatur. A L B. Verisimilia loqueris Sulpiti, nihilq; dubito idem affirmaturos hos Institutionum architctos, Tribunianum, Theophilum & Dorothicum, si à mortuis resurgent hodie. S V L. Sed nimis fortasse dico, et plus quam uolui. amphora coepit Institui, cur rente rota cur urceus exit? S E M. An nimis dixeris nescio, certe minus quam ego uolo. Gratum tamen est mihi ultra modū, quod hoc compendium aberranti monstraueris. S V L. Credet mihi Semproni, hac ratione fieri posse, ut et citius & minore negotio peruenias eò quo tu properas. A L B. Hæc ipsi audent in uidiosa uoce, ut ipsis uidetur, appellare noua? S V L. Audent Alberice. A L B. Eadē opera appellabit aliquis patrem suum et auum, ueteres: proauum, abauum, atauum, tritauum, & deinceps maiores, nouos. si hæc tractatio annos abhinc mille quum conscriptus est hic Institutionum liber, atq; non alio instituto, nisi ut adolescentibus ad hunc modum prælegeretur, obtinuit suum locum: qui fit, ut id quod est tam uetus, ausint appellare nouum, & cōtra? S V L P. Qui fit Alberice, ut Monastiken hodie appellant ueterem religionem: uerum Christianæ fidei cultum quem Apostoli à Christo, nos ab Apostolis accepimus, nouum? A L B. Ha beo quod respondeam, sed in aurem. S V L. Dic ô diunum Alberice interpres, ô maxime uates. A L B. Illis fortasse Accursius uetus est, et Ulpianus nouus. S V L.

Non

Non lōge abest. inuenias etenim à quib. habeatur mā
ior & antiquior, nescio num uestigior. A L B. Venit
mihi in mentem iurisperiti cuiusdā sacerdotis, qui di-
cebat, canonum Romani pontificis, etiā in ijs que ad
religionem attinent, tamā esse autoritatē, ut eam Paul-
lus apostolus non potuerit labefactare: perinde quasi
Paulus priore sēculo sub Sigismundo Bohemo euangeli-
um gentibus prēdicauerit, hi uero canones facine
cōscripti prius quam Theologus nasceretur. Huic ius
pontificiū erat uestus, Paulus apostolus nouus. quem
adolescens olim in publica prēlectione audiui historiā
magno supercilio recitantem de Græculo homine Ro-
mā misso, cui à senatu fuerit oppositus morio, ex quo
didicerit ille Romanos dignos quos Græci suis legib.
dignarentur, atq; leges duodecim tabularū post Chri-
stum natū fuisse prescriptas, quas ipse legerat apud
Accursium in L. de ori. iu. S V L. Talia fuerunt prio-
ra & patrum nostrorum sēcula. A L B. Fuerunt, sic
fatis inquis ferentibus. Sed miror hodie plerosq; tam
esse pertinaces, ut latum etiam digitum non uelint ce-
dere: adeo ut nusquam potentius regnet Terminus
Deus, quam hic. S V L P. Noui unum & alterum,
qui egregiam illam Norinbergensem editionem Pan-
declarū & aliorum iuris nostri librorum hac ratione
contēnant, que mihi nō unum tantum nodū tam pro-
be explicituit. A L B. Hi fortasse mallent ædes lace-
ras & ruinosas quam integras, uestimentum ab aliquo
imperito sarcinatore confectum quam à perito. Sed
nunquid

nunquid necessarium fuerit Sulpiti titulum de uerbo .
 signifi . qui est in Pandectis penultimo loco positus ,
 ipsis Institutionibus præmittere? id quod ego audio à
 multis affirmari . S V L P . Recte admones Alberice .
 Ego sic puto , neq; tamen admodum repugnās , si quis
 uel diuersum uel contrarium statuerit : scilicet eum
 qui auditori Institutiones prælegit , singulas uoces iu
 xta præscriptum eius tituli , suis in locis explicare de
 bere , ut auditor intelligat , generaliter an specificē ,
 proprie an improprie , figurate an simpliciter , ac de
 inceps quavis uoce hi Institutionū autores utantur .
 Quo enim modo poterit hic auditor (ut proferam unū
 exemplum pro omnibus) in L . pecuniae uerbum , intel
 ligere discrimē inter actionem & petitionem , nisi pri
 mum hic explicauerit § . omnium . de actio . S E M .
 Dicite mihi uiri optimi , qualem auditorem haec pro
 fessio requirat . ne si parum idoneus & prophanus
 ad hæc sacra irrumpam , idem accidat mihi quod cani
 in balneo . A L B . Quid cunctaris Sulpiti : perge ut
 cœpisti . S V L . Non libenter cōcionor audiente te ,
 qui pluribus annis in hac professione & reliquis libe
 ralibus disciplinis uersare . A L B . Nihil refert quam
 diu , sed quam bene . Noui ego παντομαθίαν meām , et
 contra ὀψιακάδια tuam . S V L P . Ego illam tuam
 extenuationē Alberice , utcunq; fero : & impuden
 tior haberi possum , qui in hac scena gestum ago , spe
 ciale Roscio . A L B . Minime . S V L . Primū Sempro
 nūcessere est , ut is qui se huic professiōni dediturus
 est ,

est, sit literis, ut ait Cicero, tinctus. Neq; satis erit Grāmatica ex Alexandro Gallo didicisse, sed ut habeat hi storiarum non modicam cognitionē, utq; nouerit qui bus temporibus quilibet Romanorum Cæsarum Rei publicæ præfuerit, sub quo quisq; Iurisconsultorum de iure responderit, quod fuerit prætoris, & aliorum ma gistratum officium, ut sit in Comedijs Terentij, li bris Ciceronis, Salustij, Liuij, Quintilianij, atq; reli quis probæ notæ autoribus (quibus Erasnum Roterodamū, ac eos qui clarent hodie, iungo) non sine fructu uersatus. ut uerbi gratia inter has formulas loquē di, ex tempore respondere, & de tempore responde re: inter has uoces, porro & proinde: inter non mirū & nimurū, inter deinde & subinde, nouerit discri men. quorum primum Accursius in L. iij. de testib. Budeo sic animaduertente, non nouit: quemadmodū in l. ij. de or. iur. ignorauit discrimē inter ferē ac feræ, & inter aduerbiū et nomen adeò, ut plerasq; ciuiles actiones ausus fuerit adpellare feras et crudeles. Neq; prorsus abhorreat à Græcis literis, si uel nō uult, uel non potest eas exacte perdiscere: propterea quod ple raq; sint in legib. loca, quæ sine harū cognitione percipi haud queant. Non credit Accursio, qui dicit, hoc græcum est nullius utilitatis, ut uidelicet εὐφύτων, interpretetur implantationem seu infestationem, non me liorationem. Deinde nō sit Dialectices imperitus, sed discat diligenter definire, ac probe diuidere. Neq; hic exigo anxiam illam prioris seculi, & quæ nuper re-

gnauit dialecticen, quæ quum in primis & secundis intentionibus, realitatibus & formalitatibus, utrum res ponantur in prædicamento an nomina, & eiusmodi rebus nihil esset ualde sollicita, non nouerat ullam aliam præter unicam hominis definitionem, ac extra consueta sua exempla de Socrate currente et Platone disputante prorsus erat muta. Vbi et si plures essent qui in ea cōsenuissent, nullus tamen reperiebatur, qui cum incudes, malleos, forcipes, folles, carbones, et reliqua instrumenta fabrilia sibi magno impendio comparasset, potuerit uel clauum fabricare. Quantum uero hæc ars nostræ professioni conferat, inde saltem lūquere potest, quod M. Tullius in Bruto hac ratione Seruium Sulpitium Q. Mutio Scæuole anteponat. Hæc etenim est reliquarum disciplinarum & artium amissis, & regula, quam nobis Plato tantopere commendat, & Aristotle tam fœliciter absoluit. Præterea curam gerat hic candidatus, ut ante omnia ipsius equiuocationis habeat rationem, cum pafsim incidat in legibus, ut modo proprie, modo impropre, modo generice, modo specificē, modo figurate, modo simpli-citer legislator eadem uoce utatur. Ut enim aliud est pignus, aliud hypotheca, hæc tamen duo sic solent iu-risprudentes confundere, ut uno utantur pro altero, etiam in codem responso. id quod est admodum obscu-rum, & periculi plenum. Hac enim techna ueteres illi hæretici imposuerunt orthodoxis, præsertim uero Relagius, dum uariè uitetur hac uoce, gratia. Ad hæc ut memi.

ut meminerit non unum tantum esse definiendi genus,
sed pluram. Insuper ut inter partitionem & diuisionem
probe faciat discrimen, uidelicet quemadmodum ar-
boris partes sunt, radix, truncus, & rami: species uero,
pinus, quercus, laurus, pyrus. ita dominij partes
sunt, proprietas, & usus fructus: species, directum do-
minium, & utile. quando non frustra admonuit in To-
picis suis Cicero, ne partes cum speciebus incautiores
confundamus. Quinetiam quum ad compositum the-
ma peruentum fuerit, ut sciat ex particularibus prolo-
quijs nihil consequi, collectionem à simili esse nimis in-
firmam: neq; enim hanc professionem mera probabi-
lia admittere, sed necessaria requirere. Tum syllogis-
mum constare tantum ex tribus, non etiam quatuor
terminis, ut ipsi loquuntur. Ad quod negotium mul-
tum conferent clarissimi uiri Claudijs Cantiunculae
Topica. Mathemata uero, Rhetoricen, ac Poësin,
sub Grammaticis comprehendo. adeoq; ab hoc au-
ditore exigo της ἐγινονταισεις plenam cognitio
nē, quōd is doctrinārū concentus iuris civilis studioſo
sit ualde necessarius. S E M P. Fortasse talis mihi erit
quærēdus Institutionū enarrator, qui ad hūc modū sit
expolitus, atq; totius Encyclopædiae magister. S V L.
Erit, si modo eius haberi potest copia: sin minus, etiā
is suffecerit, qui poterit tibi hūc libellū ad eum usum,
ad quem præscriptus est, quoquo modo prælegere.
S E M Nō satis intelligo, de quo loquaris usū. S V L.
Ut illam tantum uerborum seriem explicet, de lon-
gis

gis illis commentarijs non sit sollicitus, hoc est, ut summatim dicam, ut intra annum sic finiat, ne locum aliquem prætereat, quem tu non exacte intelligas: additis subinde scholijs, quæ dicit, sed breuibus et paucis. neq; uniuersa, que de eo loco dici possunt, attingatur. Nam qui uelit § item Seruiana. de actionibus, sic tractare, ut omnes titulos Pandectarum et Codicis, qui et pignoris et hypothecæ, præterea locationis et conductionis faciunt mentionem, explicet, is intra annum cum locum non absoluet. Qualem autem frumentum inde percepturus sit auditor huius professionis ignarus, aliorum esto iudicium. Et quanquam haec quoque omnia sciri debeant, neq; tamè omnia debent statim à principio tradi. Quorsum enim attinet nouum auditorem tot rebus ignotis obrui? Neque enim est bona uox, cum publicus professor præfatur, uos scientis. uel scire debetis. Pari opera scire debet auditor id quod is collecturus est, neq; tamen potest propter illum prioris ignorantiamasse qui ac intelligere: nisi fortasse non in epte Architectus eadem opera fundatum iaciat, et tectum superstruat. id quod sensus communis dissuadere potest: tantum abest ut de tecto et conclauibus absoluēdis sollicitus esse debeat, prius quam fundamenta iacta fuerint et stabilita. Neq; ab ludunt, quæ tu iam antea de præceptis Donati et ratione Ciceronis pro Milone, Alberico dijudicante, differuisti. s e m. Teneo maiorem ergo eruditio[n]e requiri in auditore, quam in professore: s v l. Si fieri po-

ri potest, uolo utrumq; esse talem: si minus, ut saltēm
auditor. neq; enim omnia ex præceptoribus discemus.
Imo necesse est, ut diligēti lectione auctōdistantes ple-
raq; consequatur. S E M. Pulchrē. Sed qualis uide-
bitur tibi hæc tractatio, quum hunc libellum finiunt,
uix intra sex aut septem annos: atq; ijs prælegūt, qui
accedunt ad hanc professionem nouitij? S V L. Di-
cam, sed sic, ut maneat apud utrumq; sepultum. A L B.
Manebit optima fide: nā et ego quoq; sum (ut ait Hora-
tius) dicenda tacēda loquutus. S E M. Nihil est quod
uereare, uir optime. S V L. Olim adolescens, usus sum
præceptore homine admodum fideli, in singulis que
ad prima principia attinent explicandis. Is quum præ
postoræ illius tractationis fieret mentio, solebat nūhi
in aurē dicere, similem sibi uideri talem Institutionē
auditorem, ei qui cataphractus iret Compostellam re-
ligionis ergo inuisurus diuum Iacobum. S E M. Quid
ita? S V L. Aiebat, cū qui se sic paret huiusmodi pro
fectioni, alia ratione non duci, nisi quia ad eum modis
uidit aliquos incedētes. S E M. Quid si uidit quoq;
laneos & lineos, quorum iudicis occurrit magna tur-
ba? S V L. Putat fortasse eos qui tam lene incedunt,
tantum inde non ferre indulgentiarum. S E M. Hos
ego dicerem referre plus, cum alioqui minus sint onu-
sti. S V L. Non erras Sempronii, si cuiq; ex hoc in-
dulgentiarum aceruo liceat auferre, non quantum
mercat, sed quantum uelit, atq; hæ indulgentiae ali-
quid ponderis habeant, que nimurum sunt quavis plus

maliuiores, adeò ut ferentem minime grauent. Et sunt plerung; isti sic discurrentes nihil aliud quam ualidi mendicantes, qui hoc pretextu cum suis concubinis otiamur perpetuo. A L B. Satis false ô Sulpiti, uide ne quis in hoc peristylio retro columnam lateat, quē admodum iam tu, qui auscultet. S E M. Nemo prorsus. S V L. Deinde adsimulabat hunc harum Institutionum enarratorem cuidam pædagogo, qui duxerat puerum Vindeuanam, hoc est Viennam Pannoniānū per longos circuitus: aiebat enim se ab hospite suo ciue Francofordiense ad amnum Noenū, quum eō se tempore nundinarum, ad libros emendos contulisset, audiuisse talem historiam. Pater hospitis statuerat filium impuberem literarum gratia, Viennam transmittere: nactus pædagogum uetulum, qui duceret, creditum cum fidei ipsius. Is accepto puerō cum pecunia, cōscendit nauem publicā, ad nauigat Maguntiam. A L B. Ad zephyrum, adeoq; occidentem? Ignorabat ille stultus, ascendendū sibi esse, non descendendū, etiam si maluisset nauī potius quam terra proficiisci. S V L. Audi. Imbi concendit nauem aliam. A L B. Iturus fortasse contra Rhenum, ad Nemetes, Vangiones, et Tribocos. S V L. Imò rectā descēdit, perinde quasi Vbi os aditus, & Coloniam Agrippinam. Vbi uenū est Viceliam sive Vesauiam, descendunt & duertunt in oppidum pernoctaturi. S E M. Est' ne id quod appellant hodie Vesaliam, ubi cæsus est cum Mammea matre optimus princeps Diuus Aurelius, Alexander Seuerus

uerus iuuenis, qui tot Iuris consultos à consilijs habuit, atque Domitianum Vlpianum tutorem, ubi & Mammea mater iacet sepulta? *s v l.* Istud ipsum est Semproni, si modo uera scripsit Aelius Lampridius. Inibi uenit in idem diuersorum pueri auunculus è thermis Emisensibus, quæ ad amnum Lanum, qui ex Cattis fluit, sitæ, & pulchris ædificijs ornatae sunt, uno milia ri à Brabantia siue Cōfluentibus, ut inquit Tranquillus. Is interrogat pædagogum, quò suum nepotem duceret? Qui respondit, Viennam Pannonicarum, patris sui iussu. Cum igitur tibi sit eundum, inquit, ad solis ortum, cur proficisceris ad occasum? Hic contraria dignabundus, Putas tu me tam esse stolidū, ut ignorem hoc iter, quod toties peragraui, & per quod olim ignarus ductus sum: an existimas nescire me Moeni fluminis meandros, quos toties audiui à mercatoribus narrari, qui occasionem præstiterint, ut hic mercatus qui fuit olim in Virczenburg, translatus fuerit Francordium, ubi & iamnum magno negotiatorum conuentu bis in anno celebratur. Is contraria, Est fortassis alii quid quod dicis, si te oporteat naui proficisci, & paculum sit terram attingere. & utcunque Moenus flexuosus non sit, breui tamen futurum est, ut tu peruenias ad amnis fontem & caput. an est tibi demandatum, ut per Oceanum Germanicum, dein per Britannicum, Cantabricum, & Gaditanum, mox per fretū Herculeum, mare Hybericum, Balearicum, postea per Sardoum, Tyrrhenū, adeoq; inferum ac superū, tan-

toq; circuitu per Hadriaticum , Venetias , inde uero
terra per alpes Noricas , per Istriam & Illyridem ad
locum destinatum peruenias . Ibi ille nimium excande
scens , atque impatiens probæ admonitionis , noli mihi
tam grandæuo præscribere compendium aliud quām
quod ego iam ante annos triginta & didici , et plu-
res subinde alios proficiscentes duxi , neque quisquam
eorum unquam conquestus est . Eas , inquit alter , quō
tua te pertinacia uocat . uerum si adsit affinis meus , pā-
ter pueri , & me in consilium adhibeat , suaderem ei
aliud , nimirum peritior uiarum quām sit ipse , qui hūc
suum nidum paternum nunquam ausus est egredi : &
ut erat uir peritus & prudens , cum homine tam im-
perito & pertinaci noluit amplius cōtendere . Hos p̄es
uero aiebat se his sermonibus ualde perterritū fuisse ,
quod ignoraret quali duci à patre , homine harū rerū
ignaro , filius fuisse cōcreditus . S E M . Ad nauiga-
bat ne per ostia Rheni in Oceanum ? S V L . Apud Cō-
fluentes ascendit per Ornicam amnem , quem Mosel-
lam appellant hodie , ad Belgas & Augustam Treuiro-
rum . S E M . Beasti me Sulpiti . iam enim timebam
isti puer à Scylla & Charybdi . S V L . Et erat hic
ductor Treuir , è uili quodam Treuirorū pago , ad Mo-
sellę ripam ortus . S E M . Fortassis inuisebat amicos
sanguine iunctos , que illi fuit cauſa ut per Belgas pro-
ficeretur . S V L . Minime . nam hunc pagum pre-
ter nauigabat , quasi neminem ibi cognitū haberet . Sed
ideo istac ibat , quia præter hoc iter nouerat nullū , &
puta-

putabat, nisi me fallunt omnia, hoc unū Viennam uer
sus patēre. Apud Augustam Treuirorum comparabat
sibi & puero equos, quibus per Rhetiam secundam
uehebantur Augustam Vindelicorum, rectā inde No
rinbergam. ALB. Etiam hic aberrauit à compen
dio. SVL Norinberga profecti sunt Viennam cum
mercatorum sodalitio. ALB. Tigurinæ siue Augu
stæ Tiberij, quam appellant hodie Ratisbonam, for
taſſis uendiderunt equos, et commiserunt ſe Danubio
rate proficiscentes ad locum destinatum. SVL Ne
ſcio, neq; libebat percontari. ALB. Non poterat ue
ſanus iſte Francofordia per Arnobios montes ad Moe
ni utranq; ripam & Vangiones Norinbergam proſi
ciſci? SVL Hoc iter ignorabat, et recte monentib.
non auſcultabat. nonne ſimiles ſunt huic ductori hi hu
ius tam egregij libelli. tam incepti enarratores: qui nul
lo alio instituto ad hoc inducuntur, quām quia à ma
ioribus ad eum modum acceperunt? SEM. Tam fi
miles deus bone, ut uideo, quām eſt ouū ouo. Pari ope
ra mordicus tenemus multos errores, quos à patribus
accepimus, adeò ut cogamur hac ratione Christū abij
cere. SVL Recte coniectas Semproni. SEM.
Sed ut tua dicam pace, hæc ſimilitudo tenuior uide
tur eſſe mihi, quām ut negotio tam præclaro conue
niat: ut non abs re aliquis poſſit ad te dicere, Sic ca
nibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos Noras, ſic
paruis componere magna ſolebas. SVL Fateor, ſed
tum ſic ille loquebatur, nimirum ex tempore. Sed uis

tu ut meū hic calculū adiçiam, & loquar (si fieri pos-
test) accommodatius? S E M. Q u e s o te m i Sulpiti, ne
graueris. s v L. Q u i alios docent luriſprudentiæ pri-
ma principia. atq; illis tam longis ambagibus utūtur,
ubi inueniant auditores multa quæ admirantur, pau-
cula uero quæ intelligant: similes mihi uidentur ei qui
demonstraturus alicui in horto ſpacioso, in quo ſint
conſit.e arbores & hortenses & ſyluestres, singularū
arborū naturas & ſpecies, ad auditorem cupidum di-
cat, uides hāc: hæc eft pyrus, hæc malus, hæc rufus tres
pyri, hæc populus, hæc platanus, hæc quatuor fici, ite-
rum malus una & altera. atq; auditor interpellat, ni-
mūm dicas ô magiſter, iam excidit mihi quæ ſint in or-
dine prima. Ibi rurſum demonstrator, oportet te inge-
niū habere in numerato, et ut nihil excidat tibi. et mox
pergat, hæc eft pinus, hæc eft iuniperus: neq; tamē ad
dat, turdis feris cibū. rurſum à leua cernis duodecim
cerasos, à dextra prunū, uiam ſyluestrem, habes hic
unā atq; alteram corylū, hæc eft laurus, hæc cædrus,
hæc amygdalus, iterū quercus, insuper cornus una, at
que due lētisci, rurſum due coryli. S E M. Certe onera
bit hūc auditore citius quam eruditet. s v L. Sic mihi
uidetur. iam ego te alloquor Alberice, qui iſta magis
& exactius intelligis: nonne ad hunc modum ludit o-
peram hic enarrator: cū dicit, P. Mæuū obligare ſibi
pupillū naturaliter tantū, ſi ei ſine tutoris autoritate
uendat aliquid, neq; accipiat pecuniā, prætere ea fratre
ſic ſibi obligare, ſi credat ei aliquid, ſi pater filio, ſi do-
minus

minus seruo. & contrà, insuper si legetur aliquid in testamento parum solenni, si in testamento solenni legetur ultra dodrantem, ad hæc Mœrium sibi obligare Titium ciuiliter tatum, si accipiat ab eo syngrapham, neq; numeret: si Titius ei promittat aut metu impulsum, aut dolo inductus, aut errore lapsus: si Titius reus per iudicis sententiam inique condemnetur, si faciat Mœvius Titio pactum non peti, uel deserat ei ius in rādum extra iudicium, atq; is iuret se nihil debere. Insuper cum dicat hic professor, exceptiones solutionis, acceptilationis, præscriptionis, transactionis, iuris iurandi iudicialis, compensationis, rei iudicatæ, renunciationis, confessionis precij non soluti, reū non possidere, tua non interest, litis pendentia, exceptiones esse facti, ac litis finitæ. exceptiones uero quod metus causa, dolii mali, in factū, propter errorē nō numeratae pecuniae, nō numeratae dotis, pacti cōuenti, iuris iurandi uoluntarij seu conditionalis, exceptiones iuris esse, neque litis finitæ, sed quæ ad merita cause tantū apponantur: neq; addat earum rerum rationes, sed recitet tantū horum exemplorum catalogum. put: ut facile repiri memoria, quæ tam sit tenax ut omnia retineat?

A L B. Est hæc profecto talis similitudo, ut in ea nul lum neuū queas deprehendere, et que ex omni parte quadret. neq; uideo quorsum attinet habere hec omnia in memoria, etiāsi Theodectis, Simonidis, aut illius super Petri Rauennatis arte quissimā munitus sit: nisi etiā habeatur, ut ait Macrobius, in ingenio. Quā

to rectius hic hortulanus est adgressurus hoc negotium, si commonstret huic harum rerum studioso arborum species, et dicat quæ pyra fert pirus est, quæ mala malus, quæ tales nuces pinus, quæ tales amygdalus, quæ talem fructum iuniperus, quæ talem baccam oliua, quæ tale laurus, quæ botros uitis, quæ tali cortice tegitur corylus, quæ talem profert florem tilia, et deinceps. Nunquid uel intra biduum aut triduum prestatibit, id quod alioqui intra annū uix poterit perficere, si magna aliqua sylua ueniat ei explicanda?

S E M. Nihil uerius, neq; facile reperio talem memoriam, cui nihil hic excidat, si non fructuum, foliorū, florum, corticum, plerūq; etiam radicum quadam cognitione ducatur. S V L P. An non hic quoq; professor, uel publicus uel priuatus, consultius est facturus Alberice, si ad definitiones, partitiones, diuisiones, causas, effectus, ad finia, contraria accesserit, praesertim in simplicis thematis tractatione, additis subinde circumstantijs, quæ hæc omnia uariare ac moderari solent: atq; hæc omnia explicit non sigillatim, quemadmodum hic hortulanus, sed per quandam uniuersitatem, subiuncto ubiq; uno ac altero exemplo, ut uide licet una arbore cognita dinoscat eiusdem speciei reliquias, etiam si peruerterit ultra Garamantas et Indos.

A L B. Tam hæc sunt uera, quæ dicis, uir doctissime, ut nulla prorsus consuetudine quantumuis longæua uel infringi, uel labefactari queant. Atque huc ego puto L. Crassi dissertationem referendam esse,

quam

quam in Tusculano, Q. Mutilio Scæuola, M. Antonio,
C. Cotta, & P. Sulpitio audientibus, de iure ciuili in
artem redigendo habuit, ubi generum, specierū qua
ipse partes appellat, atque definitionum facit mentio
nē, id quod est apud Ciceronem libro primo de Orat.

S V L. Recte coniectas. nam ex libri Ciceronis de
iure ciuili in artem redigendo meminit A. Gellius ca.
xxij. lib. 1. Noctium Atti. Et non longe abest quin di
cam Iustinianum suis Institutionibus haud infeliciter
præstítisse, quod M. Cicero quondam est meditatus.
Sed prætereo hic quorundam imperitiam dicam an
insaniam, qui in hanc compendiariam uiam deductos
conantur reducere. quorum est unus suo iudicio ualde
celebris, qui non est ueritus publice prætextatum in
terpretari masculum personatum, qui foemineis uesti
bus indutus est: & contrà prætextatam, quæ masculi
uestes personata induerit. A L B. Non meminerat
hic gloriosus §. penult. l. iiij. ff. de liberis exhibendis.
ubi sunt hæc uerba: Proxime autem prætextati etate
accedere cum dicimus, qui puberem etatem nunc
ingressus est. S V L. Nunquam uiderat cum locum,
& si uiderat, non aduerterat animum. S E M. Non
ueniebat ei in mentem historia Papirij prætextati,
quæ est apud A. Gellium. S V L P. Præter Alexan
drum Gallum, Catholiconem, & Petrum Hispanum,
haud ita multos legerat autores, Bartolum & Bal
dum excipio. S E M P. O cœlum, ô terra, ô maria.
& hic prælegebant Institutiones publico inductus sa

lario, auditorio frequēti. s v l. Prælegebat magno supercilio holosericatus, atq; ex eo suggesto præse neminem non despiciebat, & eos qui Iustinianum in hoc imitati, asserebant hunc libellum intra annum finendum, appellabat uoce admodū contemptibili, iuristas nouos. s e m. Fortassis ignorabat homo suavis, cum libellum in hoc esse scriptum. s v l. Prorsus, neq; legerat unquam & ceteros, hoc est uno spiritu, utcunq; purpuratus, utcunq; eius libelli publicus professor, proemium quod Iustinianus Institutionibus præfixit.

s e m. Ludis me. eum qui aliquem librum publice profiteatur, non esse de proemio solicitum? s v l. Non ludo: nam cum hoc proemium prælegeret, tantum hoc controuerterebat, quare Iustinianus appelletur Cæsar, quare Flavius, quare Alemanicus, Gotthicus, Vandalicus, Africanus, quare Augustus denique, & an dignus habeatur hoc nomine, qui huic Monarchia nihil adjiciat. qualis fuerit Constantini illius magni donatio, quis sit proemij status, quæ summa, non meminerat, fortasse nunquam uiderat. diligenter siquidem explicant Accursium quam Iustinianū, id quod à Ioanne Fabri, Angelo Aretino, Iasone Maino & reliquis interpretibus didicerunt: qui tamen non nouitijs, sed prouectioribus scripserunt, nec aliter quam nuper Theologorum turba, quæ in explicacione Magistri sententiarum erat admodum sollicita, contextus Euangelici nullam prorsus faciebat mentionem, gdeò ut inuenires Magistros nostros, qui uetus & no-
uum

num testamentū domī non haberent, tantum aberat ut
pellegissent. S E M P. Mittamus istos ineptos in-
stitutistas, & relinquamus eos Iustiniano irato, qui
hac inuersa tractatione optimo Cæsari magnam fa-
ciunt iniuriam. Iam quin adolescentis sic institutus est,
ut intra annum fortassis hunc libellum perdidicerit,
quid postea censes ediscendum, admonitor fidelissime,
ad quos eum mittis præceptores? S V L P. Ad cele-
brem illum, qui hac hora in hoc auditorio prælegit
publico, & ad illius similes, imò si videbitur ad hunc
pariter institutistam. iam enim fieri potest ut eum in-
telligat, cum non amplius peregrina, sed sua & sibi
cognita lingua loquatur. S E M P. Nihil est quod
in illis desideres? S V L P. Nihil. nam si deest aliquid
in illis, habes Alciatum, Zafium, & Budeum. Quod
enim nonnulli ex eis parum latine loquuntur, tam nō
obstat auditori, quam non obstat ægroti, si doctus
medicus non sit admodum eloquens. quinetiam orna-
rires ipsa negat, contenta doceri. Et sunt ex eo nume-
ro pleriq; ualde docti, atque iuris consulti absolutissi-
mi, ut eos cum Scœuolis, Papinianis, & Ulpianis sine
controversia conferre possis. Iam cum ad responsa iu-
risconsultorum & rescripta Cæsarum peruenierit hic
auditor, admodum profuerit, ut primum querat quo
sit uniuscuiusq; respsi et rescripti ratio dubitadi, qua
uidelicet ratione motus fuerit legislator ut legē ferret.
Neq; enim legem tulit ut liceat cōmunem aquam bibe-
re, publicam uiam ingredi, de re scilicet indubia. de-
inde

inde quæ sit ratio decidendi, hoc est, cur hac ratione dubitandi non animaduersa, statuerit legislator uel diuersum, uel contrarium. Est enim ratio anima legis. Quo fit ut legem prospexit, ff. qui & à quibus manus liberi non fiant. dicant iuris ciuilis interpretes carcere anima et spiritu. Propterea quod uideatur carere anima & ratione. in quo uno, meo quidem iudicio, regnat diligentissimus Paulus de Castro. Neq; enim mihi unquam in hac professione placuit Pythagoricum illud auctos épha, et Theologorum wizjōnōs. tametsi non omniū quæ in iure sunt, ratio reddi queat: adeò ut quidam apud Platonem in Protagora, non sit ueritus Legem appellare hominum Tyrannum, quod multa contra naturam cogat. sic namq; apparet multitudini. Quamobrem apud Nasonem libro X. transf. Myrrha puella his uerbis conqueritur, Fœlices quibusista licent, humana malignas Cura dedit leges, et quod natura remittit, Inuida iura uetat. Quid quod ea pariter, quæ optima ratione constituta sunt, facile calumniari et cauillari possint: dum, ut est apud cūdem poetam, pars inuenit utraq; causas. Ex quo nimirum liquidum fit, quām necessaria res sit leges scriptas esse, ne uidelicet cuiuis tyrannico magistratui, quicquid libet liceat hoc unum adiiciens, ut neq; Bartolo, neq; Baldo, neq; Saliceto, neq; Alexandro, neque Iasoni, neq; cuiquam interpretum statim credat, perinde quasi ex tripode loquantur. Sed dispiciant ipsi diligenter, an id quod explicant & colligunt, tale sit

ut

ut nullo modo infirmari queat. Hinc uero duplex fo-
ret commodum. primum quia non poterit ei sinistra
interpretatione facile imponi. Sunt enim homines,
passim inter se dissentient: quin etiam inuenias, qui si
bi ipsi in diuersis locis contradicant: deinde quia sin-
gula quæq; melius & exactius intelliget, quorum utri
usq; possūm tibi unum & alterum exemplum propo-
nere. Jurisconsultus in L. uulgaris est questio. §. si quis
æs. ff. de fur. ait, Titiū quodim tenebris xxx. aureos Se-
pronio surripuerit, quos putarat esse argenteos, pu-
niendum furti poena, quæ est in furti non manifesti, du-
pli, ultra aureorū restitutionem, in id quod surripuit,
non in id quod putauit: hoc est ut sexaginta aureos
pro totidem argenteis Sempronio præstet. Bar. in L.
diuus. §. ad L. Cornel. de sicc. Hac lege perperam ad-
monitus, affirmat eū qui abstulit calicem sacrū quem
putabat esse profanum, puniēdum esse ut sacrilegum,
potius quam ut furem: uidelicet in id quod abstulit,
nō in id quod putauit. perinde quasi eadē sit ratio deli-
cti utriusq; quum tamen longius inter se distent. quā-
doquidem in citato §. si quis æs. si hoc Titij cōmis-
sum palām factum non fuisset, amississet Sempronius
eius pecuniae dominus, non argenteos, sed aureos. Vbi
autem et quatenus periculum est, ibi & eatenus lucrū
collocari ac considerari debet. In posteriore uero cri-
mine cuius facit mentionem Bart. tantundem amitti-
tur, siue is calix sacer sit, siue deniq; profanus. atque
in illo priore furto utraq; poena est pecuniaria, &
ciuilis.

civilis: in posteriore uero hic sūr uno casu pecunia satis facit, altero uero uſtulatur, & amittit uitam. Non ergo mirum, si legislator priore casu ſpectet periculum domini, potius quam uoluntatem ipſius ſurripienſis, qui iuris p̄ſumptione etiam aureos uolbat ſurripe-re posteriore uero non statim p̄ſumitur ſacrilegiū uoluiſſe committere, qui ſurtum commiſit, p̄ſertim eo tempore, quo ſures non plectebantur, niſi uel dupli, uel qua drupli, quod tantum fuerit inter hęc duo delicta adeoq; inter haſ duas poenās diſcriben. ALB.
Satis argute. SVL. Præterea nemo eſt hodie inter iuriſciuilis interpretes, qui non affirmet statutum, ut extantibus masculis foemelle non ſuccedant, ualere: id quod colligunt ex l. i. ff. de uent. inſp. ubi ſunt haec uerba, Ut familiarum dignitas conſeruetur. deinde ex l. ſu-per ſtatu. C. de queſtio. poſtremo ex l. i. C. de adulterio permittitur marito, uxorem adulteram accuſare, contrà uero idipſum uxori non permittitur: perinde quaſi masculus ipſe ſit dignior, quum tam illa prima citata lege non faciat iuriſconsultus diſcriben inter masculum & foemina, ſed inter partum uerū & partum ſuppoſitium ac emētitum, ſiue iſ masculus fuerit, ſiue deniq; foemella. Et poterit familiarum dignitas in foemella pariter conſruari, que nimis ſuppoſita non ſit, ſed uera patris ipſius, quam ſaltem nuptiæ demonſtrant, filia. Idcirco enim filios filias ue cocipimus atq; edimus, ut ex prole eorū eorum ue diuinitatis nobis memoria in eū relin-

relinquamus, inquit Callistratus in l. liberorum. ff. de
 uerb. sig. quemadmodū Imperatores Diocletianus &
 Maximinianus in l. super statu. faciunt tantum discri-
 men inter sordidas stirpes atq; inter splendidos & in-
 genuos natales, quos noluerūt temere inter se confun-
 di ac cōmiseri. Postremo uero diuorum fratrum lege
 uxori non licet maritū adulterij accusare, quod mari-
 tus adulter domū nō repleat incerta et adulterina pro-
 le, id quod muliere adulterāte accidit. A L B. Et hīc
 pariter nō falleris Sulpiti. S V L. Sic puto, neq; tamē
 hic definiō, an hoc statutū ualeat nec ne, sed hoc tantū,
 idipsum ex citatis tribus legib. perperā colligi. A L B.
 Intelligo. S E M. Ago tibi gratias uir ornatissime. equi
 dē uiciſſim dabo operā, ut si ulla ratione fieri queat,
 pro mea illa tenuitate abunde referā. Rogo autē huma-
 nitatē tuā, ut mihi de tali praeceptore, qui hac in re mi-
 hi suā locet operā, propediē proſpicias. neq; enim quā
 talibet merces uidebitur nimia. S V L. Proſpiciā dili-
 genter. A L B. Valde delectauit me hæc institutio Sul-
 piti. atq; utinam obtigisset mihi quondam adolescenti
 talis admonitor & adiutor, minore negotio hæc prin-
 cipia didicisse, & habuisse quod huic amico meo
 ad l. si seruus seruū. §. si calce. ad l. & qui. respoſiſſem:
 nimirum non probe huc esse detortam, atq; hoc uiciū
 non eſſe materiæ, sed ipsius artificis prægentis. Mi-
 ror ciuitates opulentas tam eſſe liberoruſ ſuorum ne-
 gligentes, ut tales præceptores minime cōducant, quā
 poſſent iſta præſtare domi, atq; parētēſ vultu imperi


A 1426984

292

DIAL. ISAGOGICVS

sa, adolescentes uero & pueros multo labore ac periculo liberare, adeò ut si aliquis reperiretur ad hanc professionem parum idoneus, traduceretur medicinæ, uel alteri disciplinæ (sunt enim hominū ingenia admodum diversa) uel etiā mercaturæ, aut cerdonicæ. SVL. Sic fit, ut earū rerū quæ optimæ sunt et summè necessariæ minor ratio habeatur, ut si aliquis in republica, uel in aula principis talia suadeat, ab alijs rideatur. ALB. Video non sine animi dolore egregia instituta hoc sæculo optanda potius esse, quam speranda. SVL. Feramus, non culpemus, quod mutari non potest. & si uerum fateri uolumus, nulla unquam ætas non est conquæsta de suo tempore. Sed rogo uos, ut uterque uesperni apud me coenet. sic namque fieri poterit, ut tua opera Alberice huic Sempronio proficiam de cōmodo præceptore. ALB. Si ita iubes, ego nō detrecto. SEM. Neque ego uir optime. ALB. Dummodo præter quotidiana exhibeatur nihil. SVL. Etiam non admittus præstarem hanc frugalitatem. Curate ut hora quinta adsit. ALBE. Curabitur.

DIALOGI ISAGOGICI IN
Institutiones Finis.



OCN 68094480

